



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

Tractatvs Secvndvs. De Baptismi & Confirmationis Sacramentis &  
perfectione, quam ea suscipientes profitentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39652**

TRACTATUS SECVNDVS,

DE SANCTIS  
BAPTISMI ET CONFIRMATIONIS SACRAMENTIS, ET PERFECTIONE, QVAM EA SVSCIPIENTES PROFICIENTUR.



VOCATIONES, de quibus hactenus diximus, & de quibus in posterum acturi sumus, inducere solent ad suscipienda Sacramenta, utpotè præcipua instrumenta quibus (quemadmodum Concilium Tridentinum definiuit) Christus D. N. ad quam nos vocat, Gratiam & perfectionem communicat. Quia omnia septem (quorum superius meminimus) tanquam septem *vasa* sunt, in quibus IESV Christi D. N. sanguis collectus continetur, ad emundandas peccatorum nostrorum maculas, passionumque nostrarum vulnera sananda; & tanquam septem *scrinia*, in quibus pretiosissimi gratiæ ac virtutum cælestium thesauri reconditi manent, ad omnes homines ditandos ac beandos. Sunt quoque septem *fontes*, quos Isaias *Saluatoris* vocat, ex quibus *haurimus* in gaudio viuarum *aquarum* abundantiam, ad extinguendam sitim cordium nostrorum; purificando, irrigando, & implendo illa bonis spiritualibus: Ac denique sunt septem *externa signa*, quæ efficaciter efficiunt internam sanctitatem, quam significant. Nam (teste S. Thoma,) etsi vitia & virtutes in anima, quæ purus est Spiritus, præcipue sint: quia tamen illa carne circumdata est, nec inuisibilia, nisi per similitudinem & indiria rerum visibilium cognoscit: voluit Christus D. N. eam purgare, & sanctificare per Sacramenta; quæ signa sint visibilia mundiciæ, & sanctificationis internæ, quam efficiunt. Et quemadmodum b *Pharao vidit in somno septem spicas pullulare in culmo vno, plenas & formosas*; quæ panis abundantiam in tota terra Aegypti futuram significabant: Ita Christus D. N. septem horum Sacramentorum *spicas* produxit, non vacuas, quemadmodum erant in anti qua lege; sed plenas gratiarum & virtutum, quas copiosissime filijs Ecclesie communicant. Dicuntur verò *formosæ*, eò quòd tangentes corpus, animam gratiâ formosam reddunt. Caro, ait Tertullianus, abluitur, ut mundetur anima; caro chrismatur, ut anima roboretur; caro inungitur, ut ma-

Ses. 7. can. 6

cap. 7. §. 2.

Septem Sa-  
cramenta.

a. Isai. 12. 3

b. p. q. 61. a.

b Gen 41. 5.

Lib. de re-  
surrect. carr.

A.

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

neat anima consecrata; caro alitur speciebus panis & vini, vt anima tate-  
tur alimento, quod Christi corpus & sanguis ei impertitur. Et quando-  
quidem peccata incipiunt à carne, rebusque sensibilibus, quibus illa pas-  
citur & fouetur: rationi consentaneum est, vt etiam antidota à carne inci-  
pian; & vt homo subijciat se demissè, ad suorum malorum opem in rebus  
corporalibus quaerendam suumq; intellectum, ad credendum, Deum D.  
N. in rebus adeò vilibus, quales sunt aqua, & oleum, posuisse rerum adeò  
sublimium, quales sunt ipsius gratiæ thesauri, communicationem. Ac simi-  
liter credat, statim atque Sacramenti Minister verba illa externa profert:  
EGO TE BAPTIZO, &c. CONSIGNO TE CHRISMATE SALVTIS,  
&c. aut ABSOLVO TE, &c. DEVM interiùs in anima efficere, quod illa verba  
significant. Vtque hoc suauius crederetur, constituit, (vt S. Chrysostr.  
perpendit) vt in horum Sacramentorum institutione, aut vsu, initio nascen-  
tis Ecclesiæ euenirent aliqua signa prodigiosa, quæ ostenderent admiran-  
dos effectus, in cordibus suscipientium efficiendos: quamuis eadem signa  
cessarent, nec ita in posterum apparerent.

Homil. 12.  
in Mat.

Effectus  
mentorum.

Hi effectus ad duos magis præcipuos reducuntur: Alter est, quòd om-  
ne genus peccatorum, eorumq; reliquiæ aut pœnæ dimittantur; primaque  
gratiæ vita ei communicatur, qui conuenienti dispositione ea sacramenta  
suscipit: Alter effectus est, quòd eam gratiæ vitam conseruet, augeat, iu-  
uetque ad inignes aliquos virtutum actus exercendos; & aduersus nostros  
inimicos tam in vita, quam in morte strenue decertandum, vsque ad coronæ  
consecutionem. Quare quemadmodum Eliseus prodigiosè multiplica-  
uit oleum, quod pauper vidua in vase quodam habebat, implens illo mul-  
ta alia vasa; & iubens, ex eo tum *debita creditoribus solui*; tum *ipsam, & filios  
eius viuere de reliquo*. Ita Christus D. N. sacramentalis gratiæ nobis dat o-  
leum: quo Ecclesia & eius filij debita peccatorum nostrorum exsoluamus,  
capietes ex infinitis eius satisfactionibus ac meritis (quibus opera nostra ad-  
iungamus) vtilitatè; & gratiæ vitam, alimento & fortitudine nobis ab hoc o-  
leo diuino collata, foueamus ac viuamus. Et quemadmodum oleum illius vi-  
duæ nunquam manare destitit, quamdiu vasa in pròptu fuerunt, in quibus re-  
ciperetur. Ita oleum gratiæ, quæ tribuunt Sacramenta, nunquam ad finem vsque  
mundi cessabit, dum fuerint homines, qui ad eam recipiendam, vt par est, se di-  
sponant: fons enim, ex quo illud fluit, virtutè habet infinitam. Cuius rei figu-  
ram vidit Zacharias Propheta in *candelabro illo toto aureo*, in quo erant *se-  
ptem lucerne* oleo plena; quæ septem Sacramenta significant, vt supra nota-  
uimus. In cuius candelabri capite lampas erat aurea pulcherrima, ex qua per  
duas oliuas siue rostra oleum in septem lucernas fluebat. quæ lampas, Chri-  
sti D. N. erat figura, & vtriusque eius naturæ diuinæ & humanæ, ex quibus

a 4. Reg. 4.  
7.  
Oleum gra-  
tia.

d Zach. 4. 2.  
vide Riberà  
ibid.

sap. 7. 52.

fluit,

fluit, fluatq; omnis gratia, quæ per septem hæc Sacramenta hominibus communicatur. Quamuis autem Sacerdotes & ministri illa conferentes, mali sint, non propterea oleû gratiæ fluere cessabit: Cùm enim præcipuus fons, qui Christus est, sit perpetuus, non impediatur fluxus propterea, quod tuba siue aque ductus, per quam aquas gratiæ deducitur, cupreus sit aut testaceus. ad eum modû (ait S. Gregorius Nazianzenus) quo duo annuli, alter aureus, alter ferreus, si uterq; incisam habeat eandem imaginem, & regia insignia; æquè vnus atq; alter ea exprimet impressus: sic inquam eadem gratia cõferatur per Sacramentum ab aureo Sacerdote, qui insigni splendet sanctitate, administratum; & à ferreo, malitia in fami: quamuis honoris causa sublimium horum Sacramentorum, velit DEVS omnes eorum ministros aureos esse, oleoq; gratiæ plenos, quam alijs sunt communicaturi. In cuius figuram idem Propheta Zacharias vidit *duas oliuas* fructibus redundantes; *alteram à dextris lampadis aureæ, alteram à sinistris*, quæ (vt Angelus eidem Prophete declarauit) *erant duo filii olei, qui assistebant damnatori vniuersæ*. ad significandum, ministros Christi tam Episcopos, qui à dextris eius; quàm inferiores Sacerdotes, qui sunt ad sinistram, debere esse gratiæ filios, & oliuas in domo Domini plantatas; non solum verborum folijs, sed fructibus præcipue bonorum operum ornatas: vt semper in conspectu DEI, in feruentissimis Meditationibus & orationibus versentur, quemadmodû suo loco videbimus.

Ex horum Sacramentorum celsitudine, & stupendis eorum effectis prouenit necessitas nostra, quæ opus habemus, speciali vocatione à Deo vocari; & ita ad ea suscipienda iuuari, vt eorum fructum sentiamus. nisi enim ab ipso Deo auxilium & opem habeamus, ex nobis ipsis vires & facultates necessarias non habemus. Ipse verò DEVS inspirationibus suis sese per mundi plateas effundit, infideles ad *Baptismum* suscipiendum inuitans; & per vicos Ecclesiæ fideles vocans, & hortans, vt suis temporibus accedant ad Sacramenta, quibus indigent. Recens Baptizatis inspirat, vt *confirmationis* Sacramentum accipiant, quo fortiores & constantiores euadant; in aliquas culpas lapsis, vt ad *penitentia* Sacramentum, quo peccata purgentur accedant; reliquis, vt *sacram Communionem*, qua sustententur frequentent; infirmis, vt extrema *unctione* in vltimo periculo se muniant, vt transitum in cælum reddant sibi securiorem. Quæ vocationes omnibus Christianis communes sunt, & generales. Hæc enim quinque Sacramenta (vt loquitur Concilium Tridentinum) ad spiritualem perfectionem diriguntur, quam quisque vt sibi obtineat, studere debet. Ac propterea de ijsdem agitur in equentibus tractatibus, & in hoc secundo ea afferemus, quæ ad Baptismum & Confirmationem spectant; per quæ ingressus sit in Ecclesiam; & Christiani hominis status suscipitur cum perfectione & constantia. Cuius vesti-

Tridentio  
sess. 7. can.  
12.

Oratio in  
Sanctum  
Baptis-  
ma.  
S. Aug. l. 6.  
4. contra  
Crescenc. 20

e Zach. 4. 3.  
4.  
Sacerdotes  
sint aurei.

Dei vocatione  
ad Sacra-  
menta.

f Ruth. 3. 5.

gium quoddam) vt glossa aduertit in ijs præcessit, quæ **NOEMI** facere iussit **RUTH**, cum agebat, de ea nuptui tradenda **Booz**: *Fluare* (inquit) *& vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream.* Area Christi D. N. quem **Booz** significabat, (quemadmodum postea dicemus) est Ecclesia Catholica, ad quam à Deo vocantur animæ, quas ipse est in sponsas accepturus: ad quæ sponsalia lauantur illæ Baptismi Sacramento; vnguntur Confirmatione; pretiosisque virtutum ac insigniũ earum actionum vestibus exornantur: vt ita perfectam vitam ducant, quemadmodum excelsi ad eò Regis sponsas decet.

## CAPVT. I.

**BAPTISMVS, EIVS EXCELLENTIÆ,**  
*& effectus, & ad eum percipiendum*  
*Vocatio.*

In oratione  
 in Sanctum  
 Chrisma.

Baptismus

Semen gra-  
 tia tribus  
 medetur

3. p. q. 3. a.

4.

Originali.  
 a Iob. 14. 4.  
 iuxta. 70.  
 b Eph. 2. 3.

c Ioan. 1. 29.

2.  
 Actuali.

**S**ANCTVM Baptismi Sacramentum (quemadmodum S. Gregorius Nazianzenus dixit) ad eò inter cetera diuina beneficia elucet, vt omnium præstantissimum & præclarissimum dici possit: Continet enim tanquam sementis ea omnia; aperitque viam ad fruendum illis, ceterisque Sacramentis, quemadmodum discurrenti per innumera mala, à quibus nos liberat; & per ingentia & mirabilia bona, quæ ab eo nobis suauissimo & excellentissimo quodam modo proueniunt, apparebit. in quo efficacia ostenditur Incarnationis, Passionis, ac Mortis Iesu Christi D. N. qui venit in hunc mundum, vt eum redimeret, & à tribus grauissimis malis liberaret; tribusque excellentibus bonis ditaret ac exornaret. Nam teste S. Thoma, præcipue venit, vt nos ab *originis* peccato liberaret, quod est totius humanæ naturæ, Adami culpa infectæ, peccatum; & in omnes eius posteros transit; eosque inficit in eodem momento, quo in utero materno concipiuntur: ad eò vt Iob dixerit: *a Nemo mundus à sorde, & si vnus dies sit vita eius super terram.* Nam, vt ait Apostolus, *b omnes nascimur filii ira, DEI inimici, eiusque gratia priuati.* Et quoniam hoc peccatum ad eò est vniuersale, ita Christus ad illud præcipue reparandum venit. Quamobrem S. Ioannes Baptista de eo dixit: *c Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi.* Mundi (ait Beda) peccatum vocat illud, quod instar est pestis toti humanæ naturæ communis.

Ex quo secundum procedit, quod *Actuale* vocamus, & propria peccantis voluntate committitur. Sed, cum voluntatem hanc omnes habeant valde corruptam, omnes quoque illud inficit, quod insinuauit Dauid, cum di-

it: d *Dominus de caelo prospexit super filios hominum; & vidit quod omnes declinauerunt, & errauerunt; & non esset qui faceret bonum, ne quidem vnus.* A qua miseria vt etiam nos liberaret, factus est *D E V* homo, & in cruce mortuus: in qua omnia peccata crucifixit, ac iugulauit: vt gratia vitam peccatoribus largiretur.

Et quoniam eius Redemptionem decebat esse copiosissimam, eruit quoque homines à tertio quodam grauissimo & horrendo malo completente reliquos *effectibus* & miserijs, quæ ipsa peccata in hac & in futura vita comitantur: quales sunt cæcitas mentis, obstinatio, cordis que duricies & æternæ ac temporales pœnæ, quæ culpis meritò infliguntur. In cuius aded insignis redemptionis signum, voluit ipse noster Saluator, ante suam passionem tribus mortuis vitam reddere; quibus triplex hoc peccatorum genus, eorumque peccata significantur. Primum resuscitauit e *puellam filiam Iairi* secretò in domo paterna, quæ puella infantes significat mortuos ob culpam originalem. Deinde resuscitauit *adulescentem filium viduæ apud portam ciuitatis Nain*, cum efferretur ex ciuitate, vt sepeliretur. vt sic significaret, se etiam venisse ad resuscitandos peccatores, actualibus peccatis extinctos: à proprijs scilicet passionibus raptatos. cohibente ipso gratia sua torrentem propriæ voluntatis eorum. Denique *g Lazarum resuscitauit* non solum iam mortuum, sed carceri etiam sepulchri inclusum, *ligatum manus & pedes insitis*, & lapide sepulchrum operiente, qui eius exitum prohibebat. Qui figura erat miserissimi status peccatorum, qui inueterati & indurati sunt in suis peccatis: ob quæ promeriti sunt in inferno sepeliri cum diuice illo epulone, ligati pedibus & manibus, æternæ obstinationis compedibus. At Christus Seruator noster infinita sua misericordia facile hæc mala intercidit, communicata per Sacramenta gratia sua. per duo præcipuè, quæ ad vitam peccatoribus restituendam ordinantur.

§. 1. *Quinam sint effectus Baptismi?*

**H**inc licet incipere stupendam Baptismi efficacitatem intelligere, per quem Christus D.N. à tribus prædictis miserijs nos liberat. Ex omnibus enim Sacramentis solum hoc virtute pollet delendi culpam *Originalem*, & à spirituali morte, quam animæ illa inurit, liberandi: idque tanta profusione, vt etiam infantes rationis vsu destitutos iustificet. Cum enim ipsi nec peccassent, nec mortui essent propter aliquem propriæ voluntatis actum, sed Adami primi eorum parentis, in quo ipsi tanquam in capite suo erant: voluit *D E V* D. N. vt sine proprio etiam suo actu, per merita sui capitis Christi Seruatoris nostri, quæ per hoc Sacramentum illis applicantur, gratia vitam reciperent. Siquidem vt Apostolus ratiocinatur, non de-

d *Psal. 13. 2*

3-  
Effectibus  
peccati.

e *Mat. 9. 25*  
*Marc. 5. 22*

f *Luc. 7. 14*

g *Ioan. 11. 43*  
Tres mortui  
à Christo  
resuscitati.

I.  
Originale  
*S. Thom. 3. p.*  
*q. 68. a. 9.*

buit

2.  
*Actuales*  
*Rom. 6. 3.*  
 a *Mich. 7. 9*  
 b *3. p. q. 68. 4. 8*  
 c *Thren. 4. 7*  
 d *Mat. 3. 17.*  
 e *Bonum*

buit esse efficacius delictum Adami terreni, quā gratia sit Adami cœlestis. Quod si is, qui baptizatur, peccatis etiam *actualibus*, et si innumerabilibus & grauiissimis sit infectus, in ipso momento ab ijs omnibus emundatur: omnia n. virtute sanguinis Iesu Christi demerguntur in aqua baptismi, (quæ ut ait idem Apostolus) eius mortem & sepulturam refert, sicut etiam scriptum est a *deponet iniquitates nostras, & proiciet in profundū maris omnia peccata nostra*; ubi, quemadmodum Aegypti; submersa & mortua manebunt, ut amplius nunquam compareant, nec pristinum locum recipiant.

3.  
*Pana.*  
 4.  
*Baptismi*  
*facilitas*  
*b 4. Reg. 5.*  
*14.*  
*3. p. q. 68. 4. 8*  
*Cur prisci-*  
*ter ablu-*  
*erint.*  
*Nunc semel.*  
*Tract. 80. in*  
*Ioan.*  
*c Thren. 4. 7*  
*Tria Baptif-*  
*mi bona.*  
*d Mat. 3. 17.*  
*Bonum*

ET quod maiorem affert admirationem, & voluptatem, est, quod non solum à culpis liberet; sed etiam à *panis* omnibus æternis, & temporaneis, quas peccator propter illas erat promeritus. aded vt nullam satisfactionem disciplinarum, aut aliorum operum pœnaliaum adhibere sit necesse, ad omnia debita etiam maxima exoluenda: Aded vt qui, statim atq; baptizatus est, animā exhalat, ei neque infernus, neque purgatoriū, neque lymbus superfit: quia omnia remouet impedimēta cœlū ingrediēdi. Id q; si grauissima & stupenda perfit celeritate, neque n. propriū sanguinē effūdere opus est, quem admodū in circumcissione: sed satis est, corpus aqua abluere in nomine *Patris & Filii & Spiritus S.* Nec opus est septies lauare, quod fecit b *Naaman* ille, vt a *lepra mundaretur*. Nam vel semel ablui satis est ad totam culpa lepræ expurgandam. Et quamuis in prima uia Ecclesia ter abluerētur, qui baptizabātur. id tamen (vt docet S. Thomas) non erat necessarium, sed adhibebatur ad significandum trium diuinarum personarum mysteriū; dies que tres, quibus Christus D. N. iacuit in sepulchro. Aut etiam generalem mortē triū generum peccatorum, *cogitatione* sc. *verbo, & opere*; aut *ignorantia, imbecillitate, & malitia*; aut *concupiscentia carnis, & oculorum, ac superbia uitæ*. omnia enim hæc peccata ita in hoc Sacramento moriuntur & abolentur, vt exuamur operibus veteris hominis; & à dæmonis, mundi & carnis tyrannide vindicemur. Sequentibus verò temporibus vna tantum fiebat ablutio, ad significandum tam diuinæ essentia, quam ipsius baptismi vnitatem. Cuius efficacitas (teste S. Augustino) tanta est, vt statim atque tangit corpus, eleuetur à DEO, vt animam ipsam abluat, c *niueq;* reddat *candidiorem, lacte nitidiorem, rubicundiorem ebore antiquo, & Saphyro pulchriorem*: prodit enim sole Iustitiæ induta, stellis cœlestium suarum virtutum coronata: magnus enim DEVS noster neminem à magnis malis liberat, quin eidem ingentia largiatur bona. Quare per ipsum Baptismum tria alia insignia bona communicat, quorum symbolum præcessit in ipsius Saluatoris baptismi: cum cœli sunt aperti, & Spiritus S. sicut columba super ipsum descendit: & vox Patris audita est dicentis: d *hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Hæc enim omnia eò dirigebātur, vt intelligeremus primo baptismum cō-

mmnicare

municare nobis diuinam *iustificatiōis* gratiam, qua filij Dei efficiuntur, regniq̄ eius cœlestis hæredes: & animæ sunt puræ, mansuetæ, & pulchræ sicut columbæ, Spiritus S. sponsæ, eiusq̄ue templum & habitatio, cum omnibus virtutibus, donis, ornamentis & excellentijs in priori tractatu positis. Sed hæc omnia efficit excellenti & præstantissimo quodam modo, quem Christus D. N. *renascendi* voce expressit, cum dixit: *e nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, quæ natiuitas priorem, quæ naturalis est, tantum excedit, quantum Spiritualis natiuitas excedit carnalem; & quantum habere Patrem DEVM, qui rerum omnium est creator, excedit, habere patrem hominem, qui est vilis creatura. Et si f spiritus Domini, cum in prima creatione, ferretur super aquas, aded illas fecundauit, vt innumera ex eis uiuentia eduxerit, cum ea pulchritudine ac varietate, quam nunc in anibus & piscibus cernimus: quãtò magis ad Ecclesiæ suæ erectionem eadem fecundauerit, ad producendum aliud genus uiuentium vita supernaturali & diuina: p̄opterea enim Apostolus dixit: g DEVM secundum suam misericordiam saluos nos fecisse per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per IESVM CHRISTVM. vocat autem regenerationem & renouationem, quatenus primam gratiam ei coamunicat, qui nunquam eam habuit, renouando eum ad quoddam esse aded purum, & ab omni culpa, & pœna mundum, atque si maculam vllam nunquam habuisset. In hoc autem Baptismus plurimum excedit Sacramentum Pœnitentiæ: quod peccatorem iustificat, sicut qui resuscitat mortuum, relinquendo scilicet illi reliquias aliquas, & pristinas miseras: quia non semper pœnas omnes remittit. Ex quo apparet h *Baptisma* (vt ipse Apostolus dixit) esse *vnũ*, nec posse nisi semel in vita suscipi. Cùm enim vnica tantum sit naturalis natiuitas, nec erit (vt ait Sanctus Augustinus) nisi vna spiritualis. Ac propterea Baptismus signum quoddam animæ imprimat, quod Theologi CHARACTEREM appellant, qui nulla culpa deleri potest. Vult enim D. N. perpetuò in anima testimonium manere obligationis, cui se Baptizatus obstrinxit, conseruandi fideliter acceptam gratiam, & in signum etiam voluntatis diuinæ, qua DEVS ex parte sua nunquam gratiam illam velit subtrahere: si is, qui accipit, constans in ea esse velit. Nam, vt Apostolus dixit: *i sine pœnitentiã sunt dona. & vocatio Dei.**

Hinc *secundus* procedit bonorum thesaurus, quem baptismus efficit, cui portas baptizato *aperiendo* ad tres fines. in signum scilicet, quod, quemadmodum diximus, ita omnia impedimenta remouerit in gloriam intrandi, vt, si baptizatus nullum aliud apposuerit, statim atque obierit, infallibiliter in eam ingrediatur. Propterea siquidem CHRISTVS Dominus noster dixit: *q̄ qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* modò

1. Torr.

Z

perfeue-

Natiuitas  
Spirituali.  
e Ioan. 35.

Gen. 1.2.

Tit. 3.5.

Baptismus  
penitentia  
sacramentũ  
superat.Repeti  
requir.  
Ephe. 4.5Tract II in  
Ioan.S. Tho. 3. p.  
7. 6. a. 9.  
Character.

Rõ. 11. 29

2.

Bonum  
Celi apert.  
i. vt inire-  
mus.

k Mar. 6. 16



2. ut gratia  
descendat.  
V. de Suar.  
p. disp. 26.  
ect. 2.  
3. ut cum  
Deo commu-  
nicemus.

Luc. 3. 21.  
Iesu bap-  
tizato. & O-  
rante.  
Baptismo  
necēnda  
oratio.

perseueretis semper in conformanda vnā sua cum ijs, quæ fides docet ac dicat.

Sed præter hoc manet cælum semper apertum, vt aliqui descendant effectus gratiæ sacramentalis ipsius baptismi propriæ; aliqua scilicet auxilia & subsidia cælestia, quæ D. N. baptizatis summittit; vt in perfectione, quam in baptismo promiserunt, progrediantur, pugnantes aduersus vitia, & conseruantes, augentesque virtutes, sicut mox dicemus.

Ac denique semper cælum patet, vt baptizatis possit Spiritu eò peruenire, volans Orationis & Meditationis alis ad familiaritatem cum Patre suo cælesti, qui in cælis est, habendam. Nam si in Baptismo datur baptizato, vt sit Filius DEI, dabitur quoque titulus ad ingrediendum in conspectum Patris & colloquendum, gratiasque & beneficia petendum: iuxta illud Apostoli: *quoniam estis Filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem Abba Pater.* id significans, quod Orationis Spiritus, sit Filij Spiritui annexus & coniunctus: imò forte propterea CHRISTVS Dominus noster (vt Sanctus Lucas refert) orationem cum Baptismo coniunxit: quasi nos doceret, in ipso baptismo donum dari bene orandi: per quod donum etiam aperitur cæli, vt noua dona ad baptizatos descendant, quibus possint nobile illud Esse, quod acceperunt, exornare, ac perficere, proprium enim est parentum & sponforum, multa dona Filijs & sponfis mittere, ea petentibus; si pro acceptis fideles, gratosque se ostendant.

§. 2. *Baptismus est vnica Ecclesia porta.*

I.

**A**D omnia prædicta multum confert alia baptismi excellentia, quod scilicet sit vnica porta ad ingrediendum in Catholicam Ecclesiam, & fruendum Sacramentis, sacrificijs, indulgentijs, ac thesauris, quos ex Sanctorum communione in se, habet: Nihil enim horum prodesse cuiquam potest, nisi baptizato; nec quisquam erit mystici huius corporis membrum, nisi ei per hoc Sacramentum coniungatur; nec priuilegijs gaudebit Regiæ diuinæ Sapientiæ, nisi per hanc portam fuerit ingressus.

Gen 6. 6

1. Pet. 3.  
20.

NAM quicumque per eam ingredi dedignantur, infallibiliter peribunt: est enim nostra hæc Ecclesia sicut Arca Noë, quæ vnicum tantum a osium habebat. & (quemadmodum Sanctus Petrus dixit) quotquot in arcam illam se recipere contempserunt, prædicationi & monitis Noë resistentes, perierunt, superueniente diluuiō; & cum eis etiam ipsi infantes. Nam *b pauci, id est, octo anime* in ea saluæ factæ sunt per aquam. Eodem modo, quicumque diuinæ Vocati-

tionis

tioni & Euangelij prædicationi resistentes, nihil faciunt baptismum, peribunt, diluuiio suorum peccatorum submersi. Nec solum resistentes, & contemntes, sed & ipsi infantes, qui per cœlestem hanc portam ingressi non fuerint, exulabunt perpetuò à cœlesti Patria, & sepelientur in perpetuo lymbi carcere, ob Originalem culpam, in qua sunt nati: à qua non possunt alio medio quam baptismi purgari, iuxta ipsius Christi Seruatoris nostri sententiam dicentis: *c nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto non potest introire in regnum DEI*, quæ est Ecclesia militans, & Triumphans.

Hæc est generalis vocatio, qua omnes homines ad ingrediendum per hanc Baptismi portam vocantur, & inuitantur. Cuius vocationis suauitas est mirificè in ea arca depicta & illustrata: in quâ tû ipse Noë, tanquam Dux & caput, tû septè alij ingressi sunt, omnes spontè & libero consensu, scientes quò & cuius rei causa ingrederentur, obediens mandato & vocationi DEI, qui per seipsum Noë, & per eum cæteris id mandauit. Plurimi autem alij, bruta scilicet animalia in eandem sunt ingressa, cum non scirent, quò aut cuius causa à Noë ducerentur: cui DEVS præceperat, vt secum illa in arcam induceret, quem tamen in executione Angeli iuuerunt. Et hoc secundo modo inducuntur infantes per Baptismum in Ecclesiam, non scientes, neque intelligentes quantum à DEO accipiant beneficium, Et quoniam ipsimet vocationis & inspirationis cœlestis capaces non sunt, tenentur eorum parentes, aut tutores, aut ipsius Ecclesiæ Ministri eos inducere: illis enim DEVS mandat, committit, & inspirat, vt eos baptizent; quos per custodes Angelos dirigit, docetque rationem & media id exequendi. Et sæpè per vias extraordinarias curat, aliquos baptizari in mortis articulo, quos ad Cœlum prædestinauerat.

SED non erit rationi consentaneum, vt qui inter Christianos est natus, & in sua infantia baptizatus, obiter & cursim hoc beneficium pertranseat, absque debita gratiarum actione ei, qui ex infinita sua misericordia, ipso nihil tale pro merito, illud contulit. O Pater Misericordiarum: si propterea quòd me nihil scientem in hoc mundo condidisti, aded sum tibi obstrictus: quanto magis ero, quòd in esse gratiæ intra Ecclesiam tuam, me id non intelligentem constitueris! quid mihi natum esse profuisset, si nunquam fuisset baptizatus? & quæ vtilitas mihi fuisset in mundo nasci, si vixissem & mortuus fuisset extra Ecclesiam, vt fomentum enim ignis æterni: præstitisset sane non esse; quam cum essem, in peccato mori. Sed infinita tua misericordia ab ipsis cunis me prauenit; & antequam potentijs & facultatibus meis vtiliceret, eas tu infusus virtutibus exornasti; vt cum eis

Baptismus  
Arca.

c Ioa. 3. 5.

2:

Suauitas  
Baptismi.

Infantes  
ignorantes  
baptizantur.

Baptismi  
beneficium.  
in paruulis.

vt liceret, gratia tua eas praeuentas & corroboratas inuenirem. Concede mihi, Domine, eo seruiore donis hisce tuis uti, vt reliqua obtineam, quae te largiturum promissisti.

SED veniamus nunc ad eos, qui iam adulti & in aetate discretionis constituti in Ecclesia arcam per Baptismum ingrediuntur; agnoscetes beneficium DEI, eiusque praecipuum de Baptismo suscipiendo sponte amplectentes; seseque ad Sacramenti gratiam suscipiendam dolore aliquo praeteritorum peccatorum, & proposito vitae mutandae disponentes iuxta illud Sancti Petri: *penitentiam agite, & sic baptizetur unusquisque vestrum*, Id autem totum praecedat specialis DEI vocatio, quae tum id eis inspirat, tum ad praestandum fert operem. ad eum modum, quo Christus D. N. d. videns hominem caecum a nativitate, misericordia motus, fecit lutum ex spuro, & limuit lutum super oculos eius, & dixit ei: *Vade lina in natatoria Siloe*; vt, se in ea lauans, videret. In quo (vt Sanctus Augustinus ait) depinxit nobis ipse miserimum statum hominis in caecitate tenebrisque Originalis culpa nati: cuius mali remedium ab eo incipit: quod DEVS misericordiae suae oculos in eum conijciat, eius miseriae compatiens; & spuro ex eius ore exeunte (quae est inspiratio & illustratio Spiritus S.) limuit oculos animae, superponens lutum peccati, in quo haeret, vt illud agnoscat; iubetque se conferre ad *natatorium Siloe*, quod (vt ipsemet S. Ioannes ait) interpretatur *missus*; significatque Baptismum Christi, qui in mundum missus est, vt virtutem aquis impartiretur iustificandi animas. Cui inspiratiioni, qui parer, lauatque in illis aquis, visum recipit perfectum, gratiaque splendorem.

SED ne silentio praetereamus infinitam DEI nostri liberalitatem: qui noluit, animarum sanctificationem actuali baptismo adeo seuerè alligare; vt nisi actu & te ipsa susciperetur, nemo posset iustificari. Siquidem legimus: *f. adhuc loquente Petro, cecidisse Spiritum sanctum super Cornelium Centurionem, & omnes qui audiebant verbum*, antequam baptizarentur: vt intelligeretur, omnes qui veram fidem, & peccatorum suorum contritionem haberent, cum efficacia ipsum Baptismum, statim atque licebit, suscipiendi ita verè iustificari; vt, si repente morentur, non sint propterea damnandi. Propterea enim CHRISTVS Dominus noster cum dixisset: *g. qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit*; adiecit: *qui vero non crediderit, condemnabitur*. vbi non fecit ipsius baptismi mentionem, vt intelligeretur, neminem sine fide saluari posse; posse tamen absq; ipso aquae baptismo, cum non ex contemptu, aut negligentia baptismum omittit; nec ipsi deest efficax illum suscipiendi voluntas, si posset: tunc enim huius defectum supplet baptismus ignis, qui est contritio; aut

san-

3.  
In a. lultis.

S. Tho. 3. p.  
q. 68. a. 6. 7.  
& 8.

c. Ad. 2. 38.

d. Ioan. 9. r. 6.

Tract. 44.  
in Ioan.  
S. Amb. li. 3.  
de Sacram.  
c. 2. & epi-  
stola 76

4.  
Baptismus  
in voto.  
f. Act. 10. 4.  
48.

g. Mar. 16.  
16.

S. Tho. 3. p.  
q. 68. a. 2.

*Sanguinis*, quod est martyrium: cum v.g. martyr rapitur ad tormenta, antequam possit baptizari. Nam diuina prouidentia non denegat gratia sua dona, ita seriuo se ad eam recipendam preparanti: qua gratia ad eam preparationem habendam ipsum prauenerat.

Hæc veritate amoris plenissima, licebit tentationi illi mederi, qua aliqui scrupulosi interdum à Sathana vexantur, importunis scilicet ac molestis imaginationibus, quasi non sint baptizati: adductis ad id varijs rationibus, quibus dubitationes illæ innituntur: quas prudens prætereo, propterea quod idem sit omnium illarum antidotum: quod fundatur in diuina prouidentia, qua CHRISTVS Dominus Noster prospicit de medijs aptis, vt baptismus conferatur ei, qui de sua salute est sollicitus: si forte illum non suscepisset. Scriptura Sacra huius rei exemplis abundat. Nam h *Eunucho regina Candace* prospexit de baptismo, inspirando *Philippo*, vt adiungeret se *currui*, quo ille vehebatur, illumque doceret baptismi necessitatem ad salutem: quem etiam credenti statim contulit. Alius Angelus dixit *Cornelio Centurioni*: *imitte viros in Ioppen, & accersis Simonem, qui cognominatur Petrus, hic dicet tibi, quid te oporteat facere*; & veniente ad ipsum *Petro*, baptizatus est. Et, quando *Saulus* dixit *Saluatori*: *k Domine, quid me vis facere*: Dominus dixit ad eum: *surge & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere*; & ille iussit, *Ananiam* ad illum ire, & baptizare. Eripsemet *Apostolus* videns *Ephesi* aliquos discipulos, qui se existimabant esse Christianos, inspiratione cælesti motus, dum rem examinat, deprehendit, eos *l baptismum tantum Ioannis fuisse baptizatos: ideoque insuit eos Christi baptismum baptizari*. Ponat itaque se scrupulosus cum humilitate, & animi resignatione coram Christo Domino Nostro dicens illi: *Domine, quid me vis facere* in hac dubitatione, qua me aded vexat, & statim aliquem *Ananiam Ecclesiæ*, virum scilicet aliquem prudentem, doctum, ac sanctum adeat; cui candidè rationes & causas scrupuli sui reddens, certus sit ac securus, magnaue fiducia de prouidentia diuina, quod per eum virum significabit, quid ipsi sit faciendum. Quare, si is ei dixerit, quod iam sit baptizatus, acquiescat, nec dubitationi amplius det locum. Si enim reuera baptizatus non esset, ad prouidentiam Dei spectabat, modum aperire, quo res illa manifestaretur:

quemadmodum per ipsum *Apostolum* aperire dignatus est,

quod baptizati non essent ij, qui bona intentione in eo erant decepti.

(:·:)

Baptismus  
ignis &  
sanguinis.

§.

Remedium  
pro dubita-  
tionibus de  
suo baptismo

h Act. 8. 29.

i Act. 10. 5.

k Act. 9. 6.

l. Act. 19. 3.

Prouidentia  
Dei.

§. 3. *Cur Baptismus non remoueat prauas animi propensio-  
nes.*

a Rom. 9. 20.

b c. 11. 34.

c. Ne terram  
scelerumur.

3. de Trinit.  
c. 4.

3. p. 69.  
a. 3.

2.  
ut Christo  
similis si-  
mus.

c Rom. 8. 11.  
17.

Rom. 7.

**A**LIA est dubitatio, quæ non minorem quam proxima adfert anxietatem, premitque alios, curiosos potius quam humiles, grauius ferentes, quod Baptismus non auferat à baptizato alias pœnas, & affectus, seu passiones ab originis peccato promanantes, sicut auferit pœnas, de quibus supra diximus. Cum præcipue eius generis sint hæ propensiones, vt quemadmodum effectus fuerunt peccati, ita ad peccatum impellant, ob carnis aduersus Spiritum rebellionem. Sed his respondere possumus, cum Sancto Apostolo. a *O homo, tu quis es, vt rationem à Deo exigas, dicasque: quid me fecisti sic?* b *quis enim cognouit sensum Domini, aut quis Consiliarius eius fuit?* potuisset sanè Saluator noster efficere; vt in aqua baptismi passiones suffocarentur, sicut ipsa peccata moriuntur; & vt ipsa caro renouata prodiret, quemadmodum Spiritus verè prodit renouatus: eius enim redemptio copiosa satis, & ad id efficax erat. Sed voluit hunc fauorem ad futuram vitam differre. si enim illum in hac vita tribuisset, multi homines (ait Sanctus Augustinus) baptismum accepissent potius, vt his corporis fauoribus gauderent, quam vt consequerentur spirituales; potiusque proprii commodi causa, illum quæsiuissent, quam sui creatoris obsequij. nec ita innotuisset fidei puritas & præstantia, quæ non visis externis effectibus, confitetur internos.

Prætercà (vt Sanctus Thomas ait) satis honorificum est seruo, quod sit Domino suo similis; & discipulo, quod suum imiterur Magistrum. Cum ergo **C H R I S T V S** Dominus Noster, & Magister nostri causa carnem assumens, acceperit animam gratiâ & sapientiâ plenam; corpus verò mortale & paribile, donec dies peruenit suæ resurrectionis, quam ingentibus suæ passionis laboribus fuit promeritus: Equum erat, vt Christiani, cum per Baptismum ei incorporantur, nascerentur quoad animam fide & gratia renouati, cum omni perfectione, quam Christiani status exposcit, ad explenda scilicet omnia, ad quæ ille obligat: corpore tamen mortali & paribili, sicut ante baptismum, remanente; vt per exercitationem patientiæ, gloriæ coronam assequerentur; & suo tempore etiam resurrectionem eiusdem corporis glorificati, quemadmodum fuit ipsius Magistri, iuxrà illud Apostoli: c *qui suscitauit I E S V M C H R I S T V M à mortuis, uiuificabit & mortua corpora uestra; erimusque hæredes Dei, cohæredes autem Christi: sitam enim compatimur, vt & glorificemur.* Et quamuis vere passiones ad peccandum impellant;

impellant, per gratiam tamen dei, ipsa (vnde ait Apostolus) peccatum aut culpa non sunt: nec propter eas aliqua poena digni efficiuntur, potius praebent occasionem, coronam nostram augendi; & ut gratia divina, redemptionisque Salvatoris nostri efficacius, quae per Sacramenta applicatur, magis emineat. Nec admodum feliciter primis nostris parentibus cessit quies illa, qua, ob originalem iniustitiam, sine pugna & conflictu passionum gaudebant: ut eorum filijs expediret, statim per baptismum similem pacem restitui: sed magis est re ipsorum erat, horum domesticorum hostium pugnam experiri; qua se magis in humilitate continentibus, & frequentibus orationibus ad DEVM recurrentes, externis hostibus, qui sunt Demones, animae suae portam occluderent: siquidem illi ob superbiam suam, quia in pace & quiete vivebant, ab hostibus sunt superati. Nobiscum loquitur (ait Cassianus) quod Moyses dixit populo suo: *DEVS magnus & terribilis, ipse consummet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes: non poteris eas delere pariter: ne forte multiplicentur contra te bestiae terrae.* DEVS enim est, qui per gratiam Sacramentorum sit nobis opem laturus, ad appetitiones sensuum, carnisque propensiones omnes euincendas. Noluit tamen, ut vno quasi ictu per baptismum omnes deleantur: quia forte alia insurgerent infensiora vitia superbiae; & quae otiositas gignit in eo, qui aliquos inimicos, a quibus impugnetur, non habet.

DENIQUE multo magis eminet gratia Salvatoris in auxilijs, quae largitur ad prodigiosam illam coniunctionem & cohabitationem obtinendam, quam praedixit Isaias, *et habitabit lupus cum agno: & pardus cum haedo accubabit vitulus & leo & ovis simul morabuntur; nec tamen eis nocebunt.* Ferae enim passionum, quas caro profert, non nocent spiritui. nam potius in medio earum manet tanquam ovis mansueta, agnus innocens, & vitulus siue bos Deo obediens, dum eius iugum tollit super se. quamuis enim haec ferae rugiant, insurgant, eumque dentibus & unguibus furiosarum tentationum aggrediantur: Ille tamen virtute gratiae, quam hoc Sacramentum illi communicat, omnibus resistit: & reliqua sacramenta ad victoriam referendam potenter adiuuant. Nec permisisset CHRISTVS Dominus Noster, (ut inferius dicetur) tales tentationes insurgere, aut eas feras in baptizatis permanere; nisi statuisset sufficientissima auxilia eis dare, ut vincere eas possent: maiusque lucrum ex felici pugna acciperent, quam optata ab ipsis pace fuissent habituri.

(:)

Trident.  
Sess. 5. De  
creto de pec  
cat. et 7. c. 5.  
Passionum  
vitias.

Collat. 5.  
c. 14.  
d. Deut. 7. 22

Otium viti-  
orum semes

c. Isai. 11. 6.

Spiritus pas-  
sionibus su-  
perior.

§. 3. *Quæ auxilia Baptismus conferat.*

**S**UPEREST iam postremam baptismi excellentiam explicare, quæ in specialibus auxilijs consistit, ad has passiones superandas, & omnia implenda quæ nobis incumbunt: & ipse Christus D. N. expressit, cum suis Apostolis ait: *Euntes docete omnes gentes: Baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus S. docentes eos seruire omnia, quæcunque mandauero vobis.* Te quibus verbis deducimus, quod Baptismus ad duo præcipuè nos obliget: Alterum est, vt firma fide credamus, quicquid Ecclesiæ suæ Deus reuelauit: qua de causa Sanctus Dionysius baptismum appellat *Sacramentum illuminationis*: Alterum est, vt cum vera obedientia impleamus, quicquid ipse in lege sua Euangelica præcepit: Quam ob causam S. Augustinus Sacramentum appellat *incorporationis cum Christo*, alij *fœcunditatis*, significatæ per aquas, quæ terram fœcundam reddunt, cuius etiam figura est, quod Spiritus S. in Baptismo datur tanquam columba, quæ auis est valde fœcunda: & quod de eodem ait Scriptura, *hærebatur super aquas*. S. Hieronymus ex Hebræo ait significare: *incubabat*, siue *consonabat* in similitudinem volucris, oua calore animantis, ita vt statim atque pulli ex ouorum putamine prodeunt, huc illuc celeriter discurrant, vt intelligamus, Spiritum S. per Baptismi aquam, singularem spiritus calorem & feruorem baptizato communicare: vt propterea Christiani hominis opera alacriter exercere incipiat. Ad cuius rei maiorem declarationem est aduertendum, quod omnia nouæ legis Sacramenta, (vt ait S. Thomas) præter habitus gratiæ, & supernaturalium virtutum, quæ illam comitantur, specialem quoque aliam gratiam suscipienti tribuant, hoc est auxilium quoddam Dei particulare, ad eum proprium finem obtinendum, in quem ipsum Sacramentum est institutum: ac proinde Baptismus propriam communicat gratiam baptismalem, quæ specialia auxilia complectitur, necessaria ad ea credenda & exequenda, ad quæ ipse baptismus obligat & dirigitur, incorporando baptizatum **C H R I S T O** D. N. Quemadmodum enim caput duplices spiritus vitales influit in corpus: alios qui sensus iuuant ad cognoscenda, quæ ipsis sunt necessaria; alios qui eisdem iuuant ad motus necessarios, ad eadem procuranda: ita (ait idem Angelicus Doctor) caput nostrum Christus Dominus duplicia spiritualia auxilia tribuit per Baptismum: alia ad credenda & cognoscenda, quæ ipse reuelauit illustrando intellectu cœlesti lumine, quod fides ad actus suos, cum opus est excitatur; alia verò ad ea præstanda, quæ nobis præcepit, voluntatem inspirationibus Spiritus Sancti impellendo: vt ea velit opere exequi. In cuius rei signum, ait Sanctus Ambrosius, Sacerdotem baptizantem, digito suo sputo intinctu baptizantem

*Bonum Sp. S. in specie columba. a Matt. 28. 59. Baptismus obligat ad Eadem & obedientiam c. 2. de Eccl. Hierar p. 1. & 2. Lib de Baptismo par. uulo. c. 26. Glos. in Psal. 22. b Gen 12. in quæst. Hebrai. super Genesim. 3. p. q. 62. 2. a. Sacramentorum effectus particulares.*

*3. p. q. 69. a 5. Duplices spiritus vitales. Lib de Sacrament. c. 5.*

ptizan-

ptizandi aures tangere, dicentem: *Epheta*, quod est *adaperire* quo significatur, Deum aures eius animæ aperire, per quas fides & obedientia ingreditur; ipseque baptizatus debet propterea eadem aperire, non solum ad credendum, sed etiam ad obediendum, & operandum. Nam & fides, & Baptismus, & ipsa gratia, & virtutes, quæ in ipso infunduntur, omnes præcipue tendunt ad exequendum. Quemadmodum Sanctus Augustinus iucundis his comparationibus mirifice declarauit, sicut vulnere (inquit) claudicans idem curatur, vt sanato malo præterito, futurus dirigatur incessus: sic mala nostra non ad hoc solum supernus Medicus sanat, vt illa iam non sint; sed, vt de cætero per viam virtutum rectè ambulare possimus: quod quidem etiam sani non nisi illo adiuvante, poterimus. Nam medicus homo, cum sanauerit hominem, iam de cætero sustentandum elementis & alimentis corporalibus, vt eadè sanitas conualescat atque persistat, Deo dimittit: ipse autem Deus, cum spiritualiter sanat ægrum, vel viuificat mortuum, id est iustificat impium, non deserit, si non deleratur, vt pie semper, iusteque viuatur. Sicut enim oculos corporis, etiam plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus, non potest cernere: sic homo etiam perfectissime iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non potest viuere. Credere autem debemus, cum aliquid boni facimus, nos Deo idem facienti cooperari: quia misericordia eius præuenit nos, vt sanemur; & subsequitur, vt etiam sanati vegetemur; Præuenit, vt vocemur; subsequitur, vt glorificemur. Præuenit, vt pie viuamus; subsequitur, vt cum illo semper viuamus: *c quia sine illo nihil possumus facere*. vtrumque enim scriptum est. &: *d Deus meus misericordiam eius præueniet me, &: c misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite mea*. Hæc Sanctus Augustinus.

Ex quibus apparet, quantoperè indigeamus gratia, & auxilio, quod in Baptismo Deus nobis offert; & quam obstricti simus ad eadem cooperandum. Tunc enim *frucamur* ad Ecclesiæ vineam, vt animas nostras colamus, ac perficiamus. Ad eum modum, quo Deus Dominus Noster, cum primum condidit hominem, gratia & iustitia originali exornatum, *g in Paradiso voluptatis constituit, vt operaretur & custodiret illum*; terram eius colendo, & arbores vt copiosiores fructus proferrent, putando; ipsumque paradysum tam à bestiis, quæ intus; quam à feris, quæ extra erant, custodiendo: ne ingressæ, illum, instigante eas Dæmone ob inuidiam ac rabiem, qua hominem oderat, deuastarent. Nam quamuis ipse Dominus noster potuisset hæc per seipsum facere: voluit tamen Adamum in eisdem occupari, eò quod occupatio esset ipsius statui conformis. Hunc itaque in modum, non te per baptismum iustificauit DEVS, & in Ecclesiæ suæ paradiso collocauit, vt otiosus in ea vitam traduceres: sed, vt in animæ tuæ cultura, quæ

*Aures Christi  
sanari.*

*Lib. de nat.  
grat. c. 26  
Medicus sanat  
in futurum.*

*Deus nunquam  
dimitit sanatum.*

*Deus lux  
nostra.*

*Eodem lib.  
c. 31.*

*Deus præuenit & subsequitur.*

*c Ioan. 15. 5.*

*d Psal. 58. 11.*

*c Psal. 22. 6.*

*c Mat. 20. 1.*

*g Gen. 2. 15.*

*Homo natus ad laborem.*



*Carni &  
mundo re-  
sistendum.*

paradisi huius est pars quadam, labores: sancta scilicet opera exercendo, eamque à bestijs & feris defendendo, quæ eam peruertere conantur: siue illa tibi sint innata, & intra teipsum versentur, quales sunt prauæ propensiones *carnis*; siue extra vagentur, qualia sunt praua huius mundi exempla: quia vtraque Dæmon ex odio in nostram perniciem vehementer instigat. Quæ omnia fufius in progressu, distinctiusque explicabuntur.

## CAPVT II.

VOCATIONEM CHRISTIANORVM PROPRIAM  
per sanctum Baptisma eò dirigi, vt fiant *Milites Christi,*  
eiusque *crucem, & legis Euangelicæ*  
*iugum tollant.*

*Milites &  
operarij su-  
mus.*



ROPRIA Christianismi vocatio, quæ in ipso Baptismo promulgatur, & intimatur, duo præcipue requirit officia: designat enim nos in Christi *milites* ad spiritualement militiam contra omnia vitia, omnes Dæmones, infernum ipsum, eorumque fautores, mundum & carnem; Et vt imitatores simus vitæ gloriosi nostri Ducis, sub cuius Crucis vexillo, eam eius partem, quæ nobis continget, legisque Euangelicæ iugum, quod ipse nobis imponit, portemus. Et vtrumque munus simul nobis incumbit, quemadmodum enim Hebræi *Milites a vna manu sua faciebant opus, & altera tenebant gladium*, & pugnabant contra hostes, qui ædificium impedire conabantur. Ita milites Christi vocati sunt, (vt ipsemet dixit) ad b *turrim vitæ Christianæ, & Euangelicæ perfectionis ædificandam*; & ad pugnandum contra regem filiorum superbiæ, qui turris illius ædificium conatur impedire. In cuius rei testimonium cum Sanctum Baptisma in capite, ad significandum, (vt Sanctus Ambrosius ait) eos vocari, vt sint contra Dæmonem, Mundum, & Carnem luctatores. Nominatim verò vngantur in *pectore*, vt strenuum induant propositum aggrediendi, quæcunque sint diuini obsequij, luctantes contra hostis tentationes: Vnguntur quoque in *scapulis*, vt firmissimū concipiant propositum tollendi legis, crucisque Christi iugum & onera, etiam repugnantibus carnis passionibus: *vertex* denique capitis inungitur, vt tertium aliud generosius induant propositum, ponendi supra caput suum omnia, quæ ad CHRISTVM Dominum nostrum spectant, honori sibi ea ducentes, nomenque, & opera Christiani præ omnibus mundi huius pompis ac dignitatibus. In cuius rei testimonium (vt expendit S. Dionysius) ter interrogantur: *renuncias Sathana, & omnibus pompis eius?* & toties respondent: *Abrenuncio*, cui propterea sta-

a 2. Esdr. 4  
17.

b Luc. 14.  
28.

Lib. 1. de  
Sacram. c. 2  
& lib. 1. c. 1.  
S. Thom. 3.  
p. q. 66. a. 10.  
ad 2. & q.  
71. a. 2. & 3.

Trina vn-  
ctio & abren-  
nunciatio.

c. 2. Eccle.  
Hier.

reâ sta-

reâ statim bellum indicunt, adscripti sub vexillo Ducis sui IESV, qui in hoc ipso Sacramento arma illis præbet interna, quibus strenuè pugnare, omnesq; suos hostes vincere possint. Quia omnibus animæ facultatibus virtutū supernaturalium, & Spiritus S. donorū arma tribuit: hac ratione manifestans suam erga tales milites curam, & amorem: quem admodum Ionathas ingentem amorē, quo Dauidem prosequeretur, declarauit, cum b *expoliavit se tunica, qua erat indutus, & dedit eam Dauidi; & reliqua vestimenta sua, usque ad gladium, & arcum suum, & usq; ad baltheum.* Hunc ergo in modū noster supremus Dux suum erga nos amorem ostēdit, tribuens nobis per baptismum pretiosam gratiæ diuinæ *tunicā*, & pulcherrima charitatis & supernaturalium virtutū *indumenta*: arma etiam donorū Spiritus S. cum auxilijs huius Sacramenti proprijs; & *gladium & arcum* inspirationum, & verborū interiorum ijs similibus, quæ in Scripturis diuinis continentur, ad pugnandum contra hostes vniuersos: imò & *baltheo* nos cingit, quo nos tanquam suos milites designat, vt sub eius vexillo perpetuè militemus: ac propterea animæ imprimat *characterem* baptismi, qui (teste Sancto Basilio) signum est militum Christi. qui character adiuncta gratia, milites Christi à Dæmonis militibus discernit, quod signum, vbi militiæ cælestis Angeli cernunt, mox accurrunt, vt suos iuuent eorum milites, cum eos à suis hostibus oppugnari & vexari vident.

SED ne singulare ad eò diuini nostri Ionathæ in nos studium, qui propria sua tunica, eisdemque vestibus nos induit, quibus ipsemet fuit indutus, ita properanter pertranseamus: hæreamus in eius consideratione non nihil: O altitudo charitatis Christi! o vocationis Christianæ magnitudo! quid existimas, o Christiane, egisse erga te Christum die, qua fuisti baptizatus? nisi quod eisdem vestibus te induerit, quibus ipse indutus est? & quid dico vestibus: ipsemet sit vestis tua; coniungens se tibi per amorē, vt dulcissimo eius comitatu protegaris, ac defendaris: tuaq; vita eius vita sit similis. c *An ignoratis* (ait Apostolus) *quia quicumq; baptizati sumus in Christo IESV, in morte ipsius baptizati sumus, & consepulti cum illo per baptismum; vt quomodo Christus surrexit à mortuis, ad vitam gloriosam: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus, ad eò illi similes, vt ipsum d. Dominum IESVM Christum verè induamur.* iuxta illud, quod idem Apostolus alibi dixit: *c quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Quare non oportet amplius veteris hominis vitam ducere, cuius veteres vestes iam exuistis, vanisq; eius pompis renunciauitis. Estote, ait S. Ambrosius, promissionis memores, quam fecistis: nec ad reiectas semel pompas redeatis. Induite purissimam ipsius Christi vestem, quæ veste *candida* significatur, qua vos induunt in Baptismo. & studete (ait Sanctus Cyrillus) eius candorem & puritatem tanta sem-

Arma Christi  
stiani.

1. Reg. 18. 5

S. Tho. 3. p.  
q. 62. a. 2.

Character.  
In exhort.  
ad Baptis.  
qua hom. 3.

Christus ve-  
stis nostra  
candida.

c Rom. 6. 3

d Rom. 13.

14.  
e Gal. 3. 27.

Lib. de Sac.  
2. & li. de  
is qui myst.  
initiantur.

*Alter Christi  
efficiaris.*

*Homil. de  
perfecta for-  
ma hominis  
Christi.*

*Fluc. 6 40.  
g 1. Cor. 15.  
47.*

*h Rom. 8.  
29.*

per perfectionis excellentia conferuare, vt ipsi Christo similes esse videamini. Dic mihi, quæso, quid sit Dauid vestitus & armatus sicut Ionathas, nisi alter Ionathas? & quid Christianus Christi Domini vestibus & armis indutus, nisi alter CHRISTVS? Hæc (ait Sanctus Gregorius Nyssenus) est perfecta forma hominis Christiani: vt in vita sua sit *alter Christus*: non æqualitate sed imitatione perfecta: cum dixerit ipsemet Christus: *non esse discipulum supra Magistrum: perfectum autem omnem futurum, si sit sicut Magister eius.* Et Apostolus: *si g. qualis est Adam terrenus, tales sunt & homines terreni: quid mirum, quod qualis est Adam celestis, tales sint & homines celestes?* qui h. conformes fieri debent imaginis filii Dei crucifixi ac mortui, vt prodeant renouati, sicut ipse Christus cum resurrexit. Id autem totum per Sanctum baptismum obtinetur.

*§. I. Vocatio ad crucem tollendam, ad imitationem Christi.*

*6 2. Eccl. 10.*

*Hier.*

*Ad crucem*

*vocatus es.*

*2. Matt. 10.*

*24.*

**E**X prædicto fundamento deduces primùm, Vocationem tuam, qua es Christianus, esse ad ipsius Christi crucem tollendam, tanquam proprium ipsius insigne, propterea enim (teste S. Dionysio) omnes vñctiones & Benedictiones super ipsum baptizatum, & aquam baptismi fiunt in modum crucis: vt intelligas, semper te debere crucem ipsam portare; cum ipsa te regeneret, faciatque Christianum, ad similitudinem Christi crucifixi, qui dixit: *si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: hoc est, imitetur me, abnegando seipsum, quemadmodum ego me abnego: & portando crucem suam, sicut ego meam: faciendo, quod viderit me facientem, aut patientem propter iustitiam.*

*Spiritus*

*carni cun-*

*ctæ negat.*

**F**INGAS te ipsum quasi duplicem hominem, alterum carnalem Adami terreni; & alterum spiritualem celestis Adami filium: & quod carnalis homo petierit, debere spiritualem ei denegare, si itaque caro tua ad aliquid propendat, quod sit spiritui contrarium, ne acquiescito: sed potenter reprime; si sensus aut propria voluntas aliquid petent Christiani hominis professioni contrarium, denega & repelle: & si tu ipse aliquid concupiueris contra id, quod mandat DEVS: abnega te ipsum, id enim est esse Christi militem, pugnare cõtra teipsum, vt te mortifices; vincasq; in omnibus, quæ nõ sunt gloriosi tui Ducis voluntati conformia. Hac abnegatione portare incipis crucem tuam, quæ propterea *tua* dicitur, quia tu ipse debeas illam tibi fabricare, & super humeros tuos tollere. Et quemadmodum materialis crux ex duobus coniunctis & affixis lignis fit: ita spiritualis ex duabus rebus conficitur: reiectione scilicet dulcium, & magnificarum rerum, quæ prohibet Christus, quamuis appetat eas caro; & amplexu rerum acerbarum & hu-

*Cruce tua.*

miliam,

millum; quas iubet Christus, quamuis eas horreat & fugiat caro: & contra utraque carnis repugnantias fortiter, tanquam strenuus miles, qui subijplivim & violentiam infert, pugnare debes. Quod si forte alius quispiam crucem hanc tibi imposuerit, denegando tibi quicquid iucundum appetis; & compellendo te ad alpera, quæ horres, amplectenda: debes eam crucem magna patientia ferre, & licet aliena manu fabricatam, eam facere tanquam propriam; eademque animi tui oblectatione accipere, atque si tu ipse eam elegisses: faciens ex necessitate virtutem, quæ semper patietur persecutionem, & contradictionem: nec eam assequi licebit, nisi hanc tuleris crucem.

Nec tamen satis est, crucem quocumque modo tollere, nisi Christum Ducem tuum eo spiritu sequaris, quo ipse suam; & in eum finem, quo illam in montem usque Caluarium portauit: vbi ei confixus, & mortuus fuit. Non est crux tua portanda, (ait S. Gregorius) sicut b Simon ille Cyrenensis qui quasi coactus, & pro mercede, Christi crucem post ipsum portauit; & statim, atque in Caluarium montem peruenit, eam ibi abiecit, nolens in eam mori: Christiani enim hominis vocatio non *seruorum* est, qui ex timore seruiunt; nec *mercenariorum*, qui pro temporali mercede, laborant: sed est vocatio *filiorum*, qui ex amore patri suo obsequuntur, cum spe hereditatis, quæ filiorum est propria. Si itaque tuam crucem post Christum tollis, id fac ob amorem erga illum; & quoniam ipsa crux medium & via est ad filiorum Dei hereditatem consequendam: quæ tunc tantum obtinetur, si etiam in ea cruce moriaris: de qua dixit Apostolus. *equi Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* caro itaque moriatur, vt spiritus viuatur; & Christo crucifigaris, vt viuas Deo; & per imitationem eius perfectam eò verias, vt sis *alter Christus* crucifixus: ita vt liceat tibi cum Apostolo dicere: *d semper mortificationem Iesu in corpore meo circumfero, vt eius vitam manifestetur in corpore meo; & c. vt Deo viuam, Christo confixus sum cruci: viuo enim iam non ego: viuit vero in me Christus: f ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Quid verò totum hoc significat, nisi quod sis imago vita Christi mortificati, crucifixi, ac vulnerati, cum tanta in corpore & spiritu similitudine, vt vita tua, Christi ipsius vita potius sit, quam tua; & per tuam veniatur in vitæ eius cognitionem: quemadmodum per hominis imaginem, & viuum exemplar ipse homo cognoscitur.

Vt autem ad hanc Vocationem acceptandam magis anheles & exciteris: adde & illud quod ipse Christus te sua cruce præcedat, vt tu sequaris eum: quemadmodum insignis ille Dux Abimelech, vt suos milites ad propositam sibi expeditionem magis animaret, *g ascendit cum illis in montem Selmor, & arrepta securi pracidit arboris ramum; impositumque ferens humero, dixit ad socios: quod a me vidistis facere, cito facite, qui certatum ramos de arboribus pracidetes, se-*

*Cruz spiri-  
tualis.*

*Lib. 8. Mora  
c. 26.  
b Matt. 27  
31.*

*In cruce mo-  
riendum.*

*c Gal. 5. 24.*

*d 2. Cor. 4.  
10.  
e Gal. 2. 19  
f Gal. 6. 17.*

*Viuat in te  
Christus.*

*Christum  
præeuntem  
sequer  
g Iud. 9. 48*

quebantur *Ducem*: nō dedignātes adeo vilem & molestum laborem arripere qui tale sui Ducis exemplum videbant. Hunc ergo in modum gloriosissimus Dux noster *I E S V S*, cupiens ad Euangelicam perfectionem amplectendam nos animare, mortificationis securi in sua manu arrepta, gravissimam sibi crucem aptavit, quam sustulit, ducens vitam suam in magnis laboribus, & horrendis cruciatibus: eamque amittens, ut peccata, omnesque hostes nostros vinceret, ac profligaret. Et suis militibus intus in corde suggerit statim: *quod me lumine fidei vidistis facere; cito facite*: abnegate vos ipsos, tollite crucem vestram, quemadmodum me facientem vidistis; & sequimini me, imitantes quicquid ego facio. Est adeo efficax hoc verbum cum tali exemplo, quando lux cœlestis illud manifestat, ut feruentes huius Domini milites, absque mora, & magna celeritate ascendant post ipsum h *ad montem Myrrha*, magnaque promptitudine securim manu arripientes toti in eo sint, ut se ipsos mortificent, sibi que fabricent crucem sui Ducis similem: ut & vivant & moriantur in ea; & sancta quadam æmulatione de eo contendunt; non quis maiorem honorem aut delicias assequatur; sed quis plures ramos secet, maiusque onus portet, non contenti mortificationibus à *D E O* præceptis; sed alias sponte adentes, ad eiusdem sequenda consilia: magnam felicitatem reputantes, quod suum Ducem in omnibus imitari possint, quæ ipse ad nostrum exemplum fecit.

§. 2. *Vocatio ad Christianæ perfectionis iugum tollendum.*

Q V O N I A M verò prædictæ nunc Vocationis ratio severitatem quandam præfert in ipsis verbis, quæ solet debilia corda tertere: voluit Dux noster suaviori alia ratione severitatem illam mitigare, ac dulcorare. a *Venite*, inquit, *ad me omnes, qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me; quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue.* O ineffabilis dulcedo Christianæ vocationis! quomodo hæc cohærent: tollite crucem vestrâ, & sequimini me: & venite ad me, qui onerati estis, & ego reficiam vos. si onus est crucis, quomodo est leue? quod si leue, quomodo est crux? sed utique quod caro non assequitur, & ipsa natura satis discernere non potest, id spiritus cœlesti lumine illustratus facile intelligit, quomodo Christus D. N. cum vocet, ut portet suum iugum, legem scilicet Euangelicam cum onere præceptorum eius, & auctario consiliorum: quæ ad facilius pleniusque implenda ipsa præcepta, valde conducunt.

I. N A M si rationes perpendas, quas ipsamet Vocatio pro se affert; intelliges imprimis, nullum onus grauius esse peccato; nec iugum horrendum magis, quam Dæmonis sit, ac mundi ipsius: quorum leges & onera sub-

cunt

h *Cant. 4. 6.*

*Crucis tibi  
exemplo  
Christi fa-  
bricanda.*

a *Mat. 11. 28.*

eunt peccatores. Audi ipsos damnatos: *blasati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.* subierunt enim innumera mala, & penas ex suis peccatis ortas. Si igitur in humeris tuis centenarium portabas, quo ablato quinquaginta tantum librarum pondus tibi imponitur; & si iugum ferreum aut plumbeum, quod tuas ceruices premebat, tibi auferatur, imponatur verò ligneū, idq; valdè subtile: an non existimabis, onus esse leue, iugumq; suauissimū, quod nunc portas, si cū illo priore conferatur? quo die hoc te Deus beneficio affecit, vt sua gratia iustificaret: abstulit à te grauissimum tuorum peccatorū onus, & à Dæmonis tyrannide liberauit: qui quasi alter Pharao affligebat te lateribus crudis conficiendis, qui miseram tuam animam grauissimè premebant, cum periculo ad abyssum vsque inferni deprimendi: Cuius oneris loco, iugum suæ legis, quæ gratia appellatur, imposuit: eò quòd Sacramenta, quæ in ea sunt, tantum ad onus illud portandum gratiæ conferant, vt fiat leuissimum, tantoque deuotionis oleo iugum ipsum inungit, vt suauissimè feratur, inxta illam Prophetæ sententiam: *c auferetur onus de humero tuo, & iugum de collo tuo: & computrescet iugum à facie olei.* si enim Sacramenta ipsa, vt oportet, accipias: tantum ex eis feruoris spiritum ac deuotionis accipies, vt magna tua oblectatione, Dæmonis iugum excutias, vt Christi suscipias: qui iuuabit illud portare cum gratia vocationis, quæ propria est Christianismi: quemadmodum per aliū Prophetam promittit, dicens: *d Ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinasti ad eum, vt vesceretur.* Sicut enim fiet, vt iugum graue non sit; nec eos premat; daboque eis spiritualem cibum, vt eo veicantur, quem per ipsa Sacramenta distribuo: ex quo tantum proficient, tantamque induent fortitudinem, vt laborem non sentiant. Ne itaque animo deficiās, frater, cum vitā Christianam audis esse crucem, & iugum imbecillitati carnis tuæ contrarium: non enim tuis, sed DEI viribus illud portabis, qui suam tibi gratiam impertiet; nec solus feres, sed concomitante Christo, qui onus alleuiabit; & refectio, quam tibi offeret, sufficiens est, ad cor tuum commutandum, & ex debili ac timido, impavidum, robustum, strenuumque faciendum.

Ad errorem tuum amplius relegendum, attentius perpende, quid tibi promittat, cum dicit: *discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.* An non vides, obtulisse se eum ad remouendam omnem tuorum onerum intolerabilem molestiam; dandum verò summum in eisdem leuamen? Nihil enim adeò intolerabiles efficit huius vitæ labores, atque impatientia & superbiæ repugnantia, quæ inferni est viuum exemplar: nec quicquam magis eosdem minuit, quam mansuetudo, patientia, & humilitas; quæ eos in purgatorium,

& non-

b Sap. 5. 7.

Iugum  
Christi leue  
respectu ali-  
orum.

2.

c Isa. 10. 27.

Sacramentis  
iugum  
Christi fit  
leue.  
d Osee. 11. 4

3.

e Eccl. 40.1.

*In mundo  
maior pres  
sura.*Ser. 1. de E-  
piph.*Mansuetu  
do & humi  
litas crucem  
mitigant.*

f Luc. 10.3.

4.  
*Premium  
crucis mag  
num est ve  
lox.*  
g Io. 11. 26.*Etiā in  
hac vita.*h Marc. 10.  
30.

& nōnunquā etiam in paradilum cōuertit. Existimas fortē, filios huius sæculi non ferre sua onera, & cruces? audi Ecclesiasticum dicentem: *e iugum graue impositum est super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulture.* quis in mundo euadit morbos, lites, persecutiones, passio- nū rebellionem, & innumera alia mala: & quid ea omnia reddit grauiora, & molestiora, quam impatientia, & superbia: eò quòd propriæ voluntati ad- uersentur: at patientia, & humilitas admittit ea libenter: imò si illę perfectę sunt, etiam gaudent: gaudent enim & exultant cum talia eis imponuntur. Quamobrem S. Leo Papa: *nihil, inquit, arduum humilibus, nihil asperum mi- tibus:* DEVS enim copiosa sua gratia omnia reddit illis facilia. Si igitur Saluator ipse te ad impatientiam & superbiam deponendam; suam verò māsuetudinem & humilitatem amplectendam inuitat; & ad vtrumque præ- standum gratia vocationis, & admirando suo exemplo adiuvat: quomodo non erit onus eius leue, & iugum suauissimum? & quomodo animę tuę re- quem non inuenies, si pondus aded graue ab ea reijcias? & quid aliud sunt mansuetudo & humilitas, nisi Spiritus Sancti alæ, quibus ad quietis locum volatur? & rotæ currus Euangelicę legis, quibus incundissimè possis eam vehere: & arma, quibus milites Christi hostes suos oppugnant, & vincunt. Ita enim ipse dixit suis discipulis: *sic: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Nectamen mittit illos inermes: si enim sicut agni eunt, mansuetudine & humilitate vestiri: his armis ipsos lupos superabunt, & inuenient optatam suis animabus requiem.

DENIQUE præmij spes iucundum facit laboris onus: & quòd præmium est vicinius, eò labor redditur leuior. Quomodo ergò iucundus non erit leg- is Euangelicę labor: postquam baptismus cœlestes portas aperuit: adeoq; propè est requies æterna? hæc requies est, quam Redemptor ipse clariùs promisit, cum dixit: *q qui mihi ministrat: me sequatur & vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Vbi autem erat tunc ipse Dominus, cum hoc promisit: vt intelligamus, vbi futuri simus, si eum sequemur? erat quidem ipse corpore in terra; sed spiritu in Paradiso; patiebatur, & sustinebat labores tanquam peregrinus in hoc mundo: sed summis gaudijs plenus erat, tanquam perfe- ctè beatus. Quod idem proportione quadam & ipse habe bis si perfectè e- ius vestigijs insistas. Duplex enim animæ tuę leuamen obtinebis; alterum in futura vita, cum iam de facto cū Duce tuo eris in cœlo; alterū verò in hac vita, vbi simul cum afflictionibus corporis, quas sustinet Viatores, aliquas spiritus iucundas oblectationes percipies: illis similes quibus beati fruun- tur. Nam eiusdem Domini promissio est, quod sit *h nunc in tempore hoc cen- ties tantum daturus simul cum persecutionibus, vt eas faciles reddat ac iucundas.*

CONSIDERA itaque, ô Christiane, suauitatem vocationis, qua Christus

D.N.ad

Iugum & o-  
nus CHRIS-  
TI.

D.N. ad iugum & onus ( quæ ipse SVA appellat ) portandum inuitat; & experieris, optimè tecum agi, si annuas. Ipsius aut iugum, quia ipse est huius legis, horum præceptorum, & consiliorum Euangelicorum author: ipse est: quia ipsemet super se illud tulit, omnia ea opere explendo in nostrum exemplum: Ipsius est, quia ipsemet tuo collo illud imponit; sed simul tecum illud portat, adiuuans te sua potente gratia: Ipsius etiam est crucis onus, quia primus eam tulit; & ipsius ordinatione, aut permissione pars illa, quam tuleris, tibi contingeret: ipso tamen tecum eandem tollente, ne sub ea deficias. Cùm igitur, qui te vocat, mitis sit, & humilis: mitis in tolerandis peccatorum iniurijs; humilis in conuersando cum paruulis: simulque DEVS est infinitus, auxiliator, omnipotens, duxque sollicitus: qui nunquam non aspicit suos milites, nec suum eis subtrahit subsidium: gratias ei age, quod sancta sua Vocatione te ad sequendum vocauerit: & stude, *ei* *vestigia*, quàm possis proximè *sequi*: pedem scilicet tuum, vbi suum ille posuit, imponendo. Quid autem est *proximè* illum sequi, nisi magno amore sequi: amor enim rei nos amate cõiungit; & amoris frigiditas separat ab eadem. Et quemadmodum qui alium à longè sequitur, facillè eius aspectum amittit; nec potest ipsius *vestigia*, vt ea terat, inuenire; qui verò proximè sequitur, facillè eadem terit: ita si CHRISTVM omninò remotè sequaris, corde scilicet tepido, aut frigido: citò ille tuum conspectum effugiet: ac proinde facillè in eius imitatione deficies. quemadmodum euenit Sancto Petro in nocte passionis eius, de quo dicitur, *Petrus autem sequebatur eum à longè*, animo scilicet valdè in amore frigido, ideoque tentatione accedente, ex magna timiditate negauit, se eum agnoscere. Quòd si magni te facias, quòd strenus sis miles, magnoque amore Duce tuum IESVM prosequaris; amor efficiet, vt prope ipsum semper ambules, gressibus & *vestigijs* eius semper inhærendo, ita vt cum S. Iob dicere possis *Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiu,*  
*Et non declinaui ex ea. à mandatis labiorum eius non recessi,*  
*Et in sinu meo abscondi verba oris eius: ne aliquid contra ea facerem.*

1. Pet. 2. 21.

Christum  
proximè se-  
quaris.k Mat. 26.  
.8.  
Non à longè.

1 Iob. 23. 11.



## CAPVT III.

RATIO VERITATEM ET FIRMITATEM  
 Vocationis examinandi ad Christum sequendum, &  
 Baptismum & quemcumque alium in  
 Ecclesia statum suscipi-  
 endum.

**Q**UAMVIS Vocatio ad Christum D. N. sequendum, sanctumque baptismum suscipiendum, ad eò sit necessaria, sicut diximus: non vult tamen diuina Maiestas, omnes potètes sub ipsius vexillo recipi; statim admitti, quin prius eorum animus, dispositioq; explorentur, quam ad id afferunt. Et quoniam hoc punctum magni momenti est ad ea, quæ impostèrum sunt dicenda de reliquis Ecclesiæ statibus: opera pretiù erit, fundamenta hic iacere p. ijs omnibus, ex ijs quæ dicemus de baptismo, quo in primo hominis stata, qui etiam perpetuus est, constituimur: super quem *quatuor* alij etiam perpetui fundantur i *Religiosorum* scilicet, & *Ecclesiasticorum*, qui ordine sacro initiantur; & *Episcoporum*, ac denique *conuicatorum*. qui proinde omnes perpetuò adstringuntur ad propria onera portanda. Ex quo prouenit, ad quemcumque eorum prudenter ad eundum, iacienda esse fundamenta ita solida, ut sint ex se perpetua: Si enim fundamentum temporale sit, ac mutari possit: non erit stabile ædificium. Nam quemadmodum a *statua* illa, quam vidit Nabuchodonosor, quæ quatuor mundi Monarchias significabat: etiam si ex quatuor solidissimis Metallis conflata esset, *auro, argento, ære, & ferro*; sed quoniam *pedes eius partem unam habebant scitilem; abscissus lapis de monte sine manibus percussit statuam in pedibus eius ferreis & scitilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pars ær ferum, testa, as, argentum & aurum*: Ita si tua circa hos status electio temporali fragiliq; fundamèto innitatur: nec firma erit, nec stabilis. deficiente enim fundamèto, statum ipsum deserēs; dolens, cum magno tuæ conscientie detrimèto, quòd illum susceperis. Quamuis autem stabilitas hæc à diuinæ vocationis gratia præcipuè oriatur; exigit tamen etiam ex parte hominis conditiones aliquas valde necessarias.

PRIMA Conditiò est, ut eum vitæ statum acceptes, & suscipias ob fines non temporales & perituros; sed firmos & æternos: intendendo in eis gloriam præcipuè DEI, & animæ tuæ salutem. Nam quòd hæc *intentiò* purior erit, minusque de fiste aliquo terreno admixtum. habebit: eò propolita tua firmiora erunt & stabiliora. Et hinc *SECVNDA* oritur conditiò, quæ priorem firmitatem confirmat voluntate quadam firmissima ac resoluta; vocationem ipsam acceptandi, & in ea usque ad mortem perseverandi, eò

quòd

Quinque  
 status per-  
 potui.

a Dan. 2. 31.

4. Conditi-  
 ones eorum.

1.

Intentiò pu-  
 ra.

2.

Constantia.

quod rationibus ac circumstantijs eius vocationis, eò sis deductus, vt cer-  
tò statuas, ad æternos fines, in quos tendis, expedire tibi, vt te ipsi Vocati-  
oni dedas. Et hanc firmam resolutionem ( ait S. Basilius ) esse firmam b pe-  
tram, super quam vir Sapiens edificat domum suam, ne cadat. Huic TERTIAM  
coniunges Conditionem, vt scilicet statum suscipias cum magna spiritus li-  
bertate, non ob violentiam, aut vim; nec ob humanum metum, aut preces  
importunas: quia nihil violentum, est perpetuum: & quod facis inuitus,  
nunquam diu durare potest, & lex ipsa gratia, non seruorum est, sed libero-  
rum filiorum: quorum vocatio suauissimam quandam vim inferre confue-  
uit, quæ tantum abest, vt adimat libertatem, vt eam potius augeat. Perficit  
denique rem totam cordis humilitas: quæ te indignum agnoscis, qui à DEO  
voceris, & ad ipsius obsequium in eius domum eligaris. Nam supra funda-  
mentum ad eò altum semper est firmum ædificium.

Cum his quatuor Conditionibus suscipiendi sunt perfectionis status,  
& præcipue Christiani, quod cum ad eò sit necessarium, vult Christus D.  
N. suos ministros, omnium quatuor conditionum examen instituire,  
cum ab aliquo petitur Baptismus, aut Religiosus status; & operam dare,  
vt intelligant, quis sit, qui eos verè vocet; qua intentione accedant, & quem  
animum præ se ferant in eo perseverandi, quod petunt. Esto enim, quod  
bonum est petant: fieri tamen potest, vt id faciant minus recto fine,  
aut cum fictione, vel animi leuitate, aut supra ipsorum vires, aut cum  
defectu alicuius alterius dispositionis. Nam cor hominum ( ait Ieremias  
Propheta ) prauum & infertabile, quod sæpe malitiose suas inten-  
tiones & proposita occultat, vt alios decipiat; aut ignoranter seipsum de-  
cipit, existimans, ea proposita à bono spiritu suggeri, quæ reuera suggerun-  
tur à malo. Quamobrem dixit S. Ioannes: *d non esse omni spiritui leuiter  
credendum sed prius probandum, si ex Deo sit.* Nisi enim huiusmodi examen  
præmittatur: alterius ex duobus erroribus valde perniciosus periculum est:  
vt approbetur scilicet & admittatur suggestio Dæmonis, quasi DEI sit vo-  
catio; aut vocatio DEI reiiciatur, quasi sit Dæmonis suggestio. Nec minus  
periculi est, si repellatur is, qui vocatur à DEO; quam si admittatur, qui ab  
eo non est vocatus. Nam in primo ei fit iniuria, qui dixit: *e omne quod dat  
mibi Pater, ad me venit: & eum, qui venit ad me, non eieciam foras; quia descen-  
di de celo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Hac  
est autem voluntas eius, qui misit me Patris: vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex  
eo.* In secundo verò damnum inferitur ipsis non vocatis: nam cum non in-  
trent per portam, malumque gerant animum; non perseverant, & euadunt  
peiores, *fruententes (vt ait Sapiens) sicut canis ad suum vomitum resumendum,  
& gressu lota, in volatubro hui se se volutantes, ex quo videbantur exiuisse; &*

b Mat. 7. 24

3.

Libertas.

4.

Humilitas.

c Iere 17. 9.

d I. Ioa. 4. 1.

e Ioa 6. 37.

Par pericu-  
lum malo  
admittere,  
aut reiicere,

f Prou. 16 11

g 2. Pet. 2.  
22.

h Matt. 7. 6.

i Act. 8. 21.

Lib. 1. Dial.  
c. 4.

fuo factore inficiētes eos, qui desiderabant perseuerare. & ideo Christus D. N. Apostolis suis dixit: *h nolite dare Sanctum canibus; neque mittatis margaritas vestras ante porcos; ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirunt: panem vos.* Qua ratione nos monuit; aliquos venturos ad suam Ecclesiam & status Religiosos cum fraude & larua, ad petendum panem Sacramentorum, & margaritas diuinorum mysteriorum, & perfectorum statuum. Quem admodum Magus ille i *Simon*, qui forte acceperat cum hypocrisis & fictione Baptifinum: & alter ille Magus, de quo refert Sanctus Gregorius, quod fite fuerit Religionem ingressus. Et alij ad Confessionem accedunt, ut aspicientibus satisfaciant, sine animo remouendi occasiones, quæ ipsos ad peccata pertrahunt. Quamobrem eosdem probare & cognoscere necesse est. Quia neque iustum est, diuinum hunc panem filijs denegare, qui vera eum fame laborantes, eum in suam vtilitatem quærunt & petunt; nec eundem licet canibus dare, mox eum reiecturis, aut cum dantis iniuria discepturis: Nec cælestes hæ Margaritæ humilibus, & spiritu pauperibus denegandæ, quibus ditari cupiunt; nec porcis offerendæ, eas calcaturis, suorumque errorum, carnisque voluptatum cœno immerfuris.

§. 1. Ratio Vocationes examinandi.

I.  
Ambitio  
male suadaa Mat. 8. 20.  
Luc. 9. 58.

b Luc. 9. 61.

b Luc. 9. 62.

**V**T autem appareat, quantum referat examina hæc & probationes vocationum adhibere: idem ipse Magistrorum Magister Christus D. N. earum exemplum in duobus hominibus, qui ad ipsum sequendum sese offerebant, proposuit. Alter cupiditate & ambitione motus ait illi: *Magister sequar te quocumque ieris.* cum enim videret Christum D. à plebe ad eum amari, tantique fieri, ut Messias crederetur: fore existimabat, ut in Regem illum eligerent; ac propterea magnos honores, dignitates & diuitias habiturum, quas in suos Discipulos distribueret. cuius hominis mentem, cum cognosceret ipse Saluator, respondit quod ille erat promeritus. a *Vulpes, inquit, foueas habent, & volucres cæli nidus: Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet.* quasi apertius diceret: Valdè erras, quod in eum finem me sequi velis: mea enim paupertas, & est, & erit tanta, ut nec habitationem habeam, quam vel vulpes, vel volucres cæli habent. Quod si in corde tuo vulpini mores, & sæculi huius astutiæ foueam inuenerunt, & nidum, ambitiones & vanitates mundi: non potero ego habitare in eo: nec tu me poteris sequi: Quare nec vocaris, nec traheris a Patre meo; sed à dæmonibus, vulpium instar Callidis; & auium superbe se in altum extollentibus, qui hæc tibi metum suggererunt. Alter homo dixit; b *sequar te Domine: sed permitte mihi primò renūciare his, quæ domi sunt.* sed, quoniam hac sententiâ ostendit, se non ad eum firmam, atque par erat voluntatem habere, cum se periculo exponeret domi hærendi: ait ad illum I E S V S: b *nemo*

mittens

*mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* quasi apertius ei diceret: qui non statuit, firmiter in Schola mea permanere, non est aptus, ut sit meus Discipulus: ideoque nec ad eam admittendus: quem admodum nec aptus erit agricola, qui cum incepit arare; mox retro aspiciens, sine causa ab arando desistit. Et quamvis Evangelistæ non referant, quid isti duo homines, auditis Saluatoris responsis, fecerint: certum tamen videtur, cum ipse eorum corda & dispositiones penetraret, eos non admisisse; nisi mente mutata, meliusque dispositi, ad sequendum ipsum se offerrent.

Ex his utcunque licet necessitatem cognoscere, qua Prælati & Evangelici Ministri, qui humani cordis secreta penetrare non possunt, teneantur, diligentem operam dare, ut varijs industrijs, examinibus, & probationibus in lucem proferant, quod intus latet: ut eos tantum admittant, quos à Deo vocatos intelligent; ac proinde dignos, qui admittantur. Nam officium eorum (quemadmodum de Ieremia dicitur) est, esse *c probatores in populo & scire ac probare vias eorum; & gratiâ spiritus discernendi, quam Dominus illis largitur, ipsius loco examinare spiritus, quemadmodum metalla probantur, adhibitis probationibus, & experimentis aliquibus, tanquam catinis & furnis, ut deprehendatur, quæ vocatio, virtusque vera sit, & tanquã aurum & argentum solida: quænam verò ficta, & in specie tantum tanquam æs & stannum.* Et quemadmodum Ezechiel Propheta, cum ex Dei mandato *d parietem templi fodisset, ut videret quæ intus agerentur; vidit intus esse multos viros & mulieres varia idola adorantes.* Ita (ait S. Gregorius) strenui Magistri & Prælati, ut discernant: an, qui exterius Dei viui templa apparent, interius quoque sint tales: signum aliquod exterius, aut opus aliquod, aut verba, quæ loquuntur, obseruare meritò debent: & inde fodere, varijs interrogationibus, & quasi tentaminibus foramen illud amplificando, ut maiora adhuc externa affectuum & propensionum intus latentium signa promant: & sic ad eorum interiora ingressi, videant, an aliqua vitiorum idola, an verò solum verum Deum adorent; talesque sint interius, quales exterius apparent.

Huiusmodi similem industriam suggessit DEVS Duci illi Gedeoni: ut milites eligeret, per quos Madian oppugnaret: cum enim plurimi se offerrent ad eum sequendum, nec tamen omnes apti essent: iussit, illum, cunctis audientibus, promulgare: *e qui formidolosus & timidus esset, reuerteretur.* metus enim retrocedere eos faceret, & sic alijs fugiendi occasionem darent, recesserunt itaque de populo viginti duo millia virorum, & tantum decem millia remanserunt. iussit verò idem Dominus, eos, qui remanserant, adhuc probari in modo, quo aquas biberet ex præterfluente riuulo dixitque; Gedeon, qui lingua lav-

*Perseuerantia necessaria.*

*c Ierem. 6. 27. Probanda desideria.*

*d Ezech. 8. 8. Lib. 2. Pastor. 6. 10.*

*Indic. 7. 3. Reiecti I. Timidi.*

2.  
Non perfe-  
de renuncii-  
antes.

Velleitas  
non est Vo-  
luntas.

Lib. 4. de  
offic. Ecclef.  
6. 18.

Vile Suarez  
p. 9. 7. a. 1.

Probatie  
prima Reli-  
gioforum.  
Cassian. lib.  
4. 6. 3.

buerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt: iussitque omnes eos, qui flexo poplite biberant, reuerti in locum suum: quia modus ille bibendi ostendebat eos valde esse addictos & agglutinatos bonis, in proprijs domibus relictis: ideoque timendum esse futuros illos in pugna: progressu timidiores. eos vero, qui obiter aquas tantum lambuissent, secum acciperet: signum enim esse, eos animosiores, & laborum patientes futuros. Hunc itaque in modum licet multi se offerant ad Christi militiam, non tamen omnes sunt apti ad eam: eod quod non afferant verum illud firmumque; propositum, ipsum sequendi, sicut ipse iubet: quod ex nimia timiditate prouenit: ad eod enim crucem Christi Domini, pugnasque & congressus cum Damone, Mundo, & carne horrent: ut firmo animo non audeant, eos aggredi, vel perumpere. Quod si ad eod timidi admitterentur: ad primam difficultatem & impetum tentationis ex pugna se subducerent, cum maiori propriarum conscientiarum detrimento, & proximorum scandalo. Alijs quoque firma haec resolutio propterea deest, quod perituris vitae huius bonis nimium adhaereant: estque illis ad eod graue, facultates etiam male quasitas, aut prauas societates, sensuumque voluptates deserere, ut non nisi imperfectum quoddam Christum sequendi, & salutis animarum suarum desiderium, quod *velleitas* vocant, concipiant, quasi dicerent, vellem saluari, sed non renunciare ijs, quae possideo. Et nec sic affecti, sunt admittendi. quam obrem DEVS D. N. ita constituit, ut Ecclesiae suae Duces examinent eos, qui in hanc suam militiam adscribi volunt, monentes eos veri, solidi, ac firmi propositi Christum sequendi, calcatis humanis omnibus amoribus, & affectionibus inordinatis, quibus hactenus subiaciebant. Nec his monitis contenti esse debent, sed Gedconis exemplo probationes aliquas adhibere, quibus certius cognoscant, an proposita, quae lingua profertur, etiam corde retineant. Quae ratio examinis & probationis in primaeuam Ecclesiae initijs, cum propter hostium Ecclesiae tyrannidem pugnae essent vehementiores, ad eod exacte seruabatur, ut dicat Rupertus: quando aliquis Baptismum proprio nomine scripto petebat, confluente Ecclesiam, eos per viginti quinque dies detinere: eoque tempore septem examina, & scrutinia fieri solita, ut veritas & firmitas, vocationis, & conuersionis Catechumenorum magis constaret: Simul vero curasse, eos exerceri in Orationibus, Ieiunijs, abstinentijs a vino & carne, alijsque poenitentijs: non solum, ut sic ad Sacramenti gratiam suscipiendam disponerentur, sed etiam, ut suae constantiae veraeque conuersionis indicia darent. Inde autem ortum habuit mos ille, quo Religiones solent examinare, & per dies aliquot probare eos, qui petunt admitti: seuerioribus aliquibus medijs, quae refert Cassianus, eos exercendo ut veritatem & firmitatem, qua admitti petunt, manifestent.

## §. 2. Prædicta confirmantur exemplo NOEMI.

OMNIVM prædictorum praxis mirifice apparet descripta ijs, quæ prudens NOEMI utriq; suæ nurui dixit, cum se offerrent, vellentq; cum ea in Bethlehem se conferre, relicta sua regione Moabitide: a *Ire*, inquit, in domum matris vestre, reuertimini filia mea, cur venitis mecum? num ultra habeo filios, ut viros ex me sperare possitis? Nolite, quæso, filia mea: quia vestra angustia magis me premit, quam mea. Non est credendum, (vt aduertit Abulensis) mulierem ad eod probam, & scientem suæ Religionis veritatem, sectarum verò gentilium falsitatem persuadere voluisse suis nuribus redire in regionem suam, & ad falsorum Deorum adorationem: sed credendum potius, ea verba illis dixisse, animo examinandi, certiq; cognoscendi, an illa propensiones, quas ad eam comitandam, ipsiusque religionem proficiendam præfererant, fictæ essent, & ad oculum tantum, vt satisfacere viderentur: an verò ex corde, veroque amore proficiscerentur. Ostendit verò euentus, ad rem omninò fuisse eas probationes, quibus ORPHÆ incòstantia, RUTH verò constantia & firmitas est deprehensa. In qua re ait glossa ipsam NOEMI fuisse figuram Ecclesiæ, in d & Religionis, quæ neque indiscretè aliquid agit, neque indiscretè quæquam recipit: sed potius per Prælatos, Ducesque animarum prudenter examinat Vocationes, & proposita ad se venientium, tribus adhibitis probationibus, illis finalibus, quas fecit NOEMI.

PRIMA probatio est, indicia quædam dimissionis & repulsæ eis dare, quasi non possint voti compotes esse; nec delicias, & viuendi libertatem, in quibus sunt nutriti deferere. Id quod non eo animo est faciendum vt à proposito suo deterreantur; sed vt firmitas, & in eo constantia magis appareat. Quod si, quemadmodum RUTH & ORPHA, cum lacrymis respondeant, se firmiter statuisse, constantet perseuerare: non statim integra est eis fides adhibenda. Nam lacrymæ; & verborum affirmationes non semper sunt certa diuinæ vocationis, cordisque constantis indicia. possunt enim illa à còtrarijs spiritibus procedere: vt in his duabus mulieribus apparuit. Aliquando enim huiusmodi verba procedunt ex animo, exterius tantum humano more, hominibus, quibuscum agunt, satisfacendi: siue ex reuerentia erga eos, siue ex timore alicuius damni, quod eis inferre possent; aut denique quodd, nisi ea officia offerant, inurbani & rustici habebuntur. Aliquando etiam procedunt ex timore seruili, qualia sunt nauarum proposita, cum in periculo, naufragij, & mortis se constitutos vident. Nam animo retinent, cessante periculo, ad pristina sua peccata redire. Aliquando etiam proficiunt ab spiritu vanitatis, & præsumptomis: & tunc offerunt se ad plura, quàm faciant alij; aut ad eadem præstanda, quæ alij; ne illis inferiores esse videantur. quemadmodum S. Petrus feruenti

qui-

a Ruth. 1. 8.

In hunc locum.

I.

Non omni verbo credendum.

III.

Nauarum deuotio.

b Luc. 22. 33.

c Mat. 26. 35

Ducis spirit  
Tract. I. c. 17

c Iob. 15. 33.

II.

d Quib. 1. 11.

Intentio ex  
ploranda.

III.

c Ioan. 6. 67.

quidem spiritu actus, sed cum aliqua tamen præsumptione dixit: b *Domine tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire*: reliqui vero Apostoli, ne inferiores minusque animatos, quam Petrus, se ostenderent, *omnes similiter*, sicut Petrus, *dixerunt*. Aliquando etiam à leuitatis spiritu proueniunt: quia bono tantum aliorum exemplo ad id mouentur; non profundius cogitantes de causa & motiuo illorum; aut quia facilis molliorisque sunt cordis: quod à quauis re externa mouetur. & hac ratione solent etiam lacrymæ ex naturali teneritate fluere; aut ex leui etiam apprehensione damni allicuius proprii vel alieni. Interdum quoque ex hypocrisis, & ficto animo, & varijs alijs spiritibus: quemadmodum alio loco fufius declarauimus. Ex his autem radicibus credi potest, ortas fuisse lacrymas & oblationem illam Orphæ: quæ, & omnes ei similes firmitatem non habent; nec aliud sunt, quam flores quidam apparentes, qui facillimè gelantur, & excidunt. quemadmodum apud Iob dicitur, quod *in primo flore botrus leditur*. Ac propterea à *aliam* interrogationem ac probationem addere opus est: quæ imbecillitas siue fictio earum deprehendatur. Quemadmodum prudens Noëmi fecit dicens: *cur uenitis mecum*; quasi diceret, aperite mihi uestrum motiuum & causam, cur hoc iter mecum suscipere uelitis: dicite mihi candidè intentiones uestras, finesque qui uos permouent, ut patriam uestram, & quacunque in ea habetis, deseratis: si nuptias aliquas à me expectatis; non habeo filios, quos in maritos tradam; si facultates temporales aut similem commoditatem optatis: iam perspiciatis me solam esse, ac pauperem: *quia egressa est manus Domini contra me*. In hunc itaque modum interrogationes aliquæ, quæ valdè urgeant, sunt proponendæ: ut in respondendo uideant, se cogi ad manifestandam intentionem, aut imbecillitatem, aut imperfectionem interiorem; aut aliquid dicant, ex quo ea conijci possint: aut denique ipso opere eam ostendant: quemadmodum fecit ORPHÆ, quæ eam interrogationem audiens, ad patriam suam & suorum idolorum adorationem reuersa est: opere ipso ostendens, lacrymas suas uerè fuisse fœmineas, & promissa illa ex solo animo exterioriùs satisfaciendi prouenisse.

NEC tamen ex hoc ORPHÆ in patriam reditu animum abiecit Noëmi, sed potius *tertiam* adiecit interrogationem cum singulari prudentia & animi magnitudine, dicens ipsi RUTH: *En reuersa est cognata tua ad populum suum, & ad Deos suos*; vade cum ea, atque si ei clariùs diceret; quæ eandem habes libertatem cum tua cognata ORPHÆ, cogita, an tibi expediat, eam sequi; ne præ pudorè eam deseras: mihi enim perinde est tecum, vel solam discedere. Satis apparet Deum per hanc Matronam fuisse locutum: siquidem CHRIS TV S D. N. simile quid fecit, cum uidit, e *multos Discipulorum suorum abiisse retro, & iam non secum ambulare dicentes: durum esse*

*cus sermonem*: quia eum non intelligebant: Tunc enim conuersus Iesus: ad duodecim Apostolos dicit: *nunquid & vos vultis abire?* quibus verbis nō id volebat Saluator, vt & ipsi Apostoli ab ipso discederent: Nam potius eorum perseuerantiam desiderabat; sed tantum voluit insinuare, (quemadmodum S. Chrysof. aduertit) liberum illis esse ad parentum domos, & occupationes antiquas redire: eō quod ipse non delectaretur coactis discipulis, aut obsequijs violenter, aut ex necessitate sibi exhibitis. Nam *ex necessitate detineri, par esse, ac si abirent*; neq; enim Deo placet, quod non ex libero corde procedit: & mancipiorum obsequium, quod oritur ex mero seruili timore, est vilissimum: quia nisi pœnam timerent, illud non præstarent: aut mox illud negligerent. Vt itaq; pudorem discedēdi illis auferret, si ad discedendum propendebant, dixit: *Nunquid & vos vultis abire?* ex quo apparet, quāti Christus D. faciat, suam vocationem cum magna libertate acceptari: siquidem nec discipulos suos, qui iam eam acceptauerant, & quasi in Christianismi tyrocinio versabantur, inuitos volebat in eo manere: quælibet enim harum coactionum periculum adfert perseuerantia. quemadmodum apparuit in vxore Loth, quæ fortè propterea *respexit post se Sodomam*, quod Angeli vi quadam *eam cum suo marito & filiabus inde eduxissent*. quamuis ipse Loth, licet eodem modo ab Angelis eductus, non aspexerit retrō: viri enim fortiores sunt & constantiores feminis; & nouerunt melius, quā illæ, in huiusmodi occasionibus facere ex necessitate virtutem. Nec tamen propterea negamus, diuinam vocationem nonnunquam inchoare à timoribus & flagellis, quæ nonnullam vim inferre videntur, vt supra est dictum: sed simul tamen cum vera libertate admittitur. pœnæ enim timor, instar est acūs, quæ filum in pannum immittit, ipsa verò exit: sic timor desiderium excitat sequendi Christum, & statum eligendi, quem ille inspirat: sed sequitur tamen, & acceptat, etiamsi pœna cesserit: quia videt sibi ita expedire.

SED multò adhuc plus Spiritus laret in verbis Christi D. prædictis ad suos Apostolos. voluit enim illis significare, quā parum eorū opera ipsi esset necessaria: siquidem nec turbationem aliquam ostendit, eō quod alij Discipuli abiissent retrō; nec ipso met contra ipsorum voluntatem retinere volebat. licet enim omnes eum desererent: vocare alios posset, qui sequerentur. Quid autem hoc aliud est, quā omnibus notum facere, quos ad suum obsequium vocat; vt ita libere venite velint, vt etiam deuitæ veniant: sibi persuadentes, maius ipsum in eos beneficium conferre, eum vocat, & in domum suam admittit: quā ipsi præstent obsequium, volentes venite, & in ea perseuerare. Nam licet Sapiens sis, eruditus, nobilis, & potens in sæculo; non est cogitandum, multum te adulari Deo, quod eius vocationi pareas: licet alij eandem repellant. si enim sic cogitas, valde erras;

*Hilarem datorem diligit Deus.*  
Homil. 46.  
in Ioan.  
tom. 3.

Gen. 19.  
26. 16.

*Timor est instar acūs.*

*Agnoſcere dicit beneficium vocationis.*



g Cant. 1. 2.

h Ioan. 6.  
69.Humilitas  
signum vo-  
ca-  
tio-  
nis.i Prov. 9. 4.  
Lib 17. Mo-  
val. c. 17.Probatio  
nec remissa,  
nec aspera.  
k Cant. 1. 1.  
Serm. 9. in  
Cantic.  
Pinguedo  
gratia, qua  
de tuis ube-  
ribus fuit,  
efficacior  
mihi est ad  
spiritualem  
profectum.  
quā mordax  
inrepatio  
Prælatorū.

brenique à tua vocatione deficies: quia DEVS ob tuam superbiam te deseret, qui non ob vilitatem suam, sed ob tuam te vocauit: nec admittit te propterea, quod te ipse opus habeat. sed quod tu ipso indigeas. Et quauis ad arcam familiaritatem in eius domo perueneris, dicit tibi, quod Sponsa: g *ignoraste, egredere, & vade ad antiqua tua tabernacula: Hoc igitur humilitatis spiritu cœlestem hunc Magistrum sequi debes, dicens ei quod S. Petrus, reliquorū Apostolorū nomine respondit: h Domine ad quē ibimus: verba vite eterna habes. Et nos credimus: quia tu es Christus filius Dei viui. quasi diceret: si à te discedamus, ad quem accedere licebit, vt lucrū aliquod acquiramus? quod ibimus, o Patris aeterni sapiētia, sine qua omnes sumus ignorantes? quod ibimus, o vita fons, sine quo omnes infelici morte peribimus? quis, præter te, viam cœlestem nos docere poterit? verba enim tua vitam aeternā dante accipientibus. De qua re certi omnino sumus, eod quod tu sis filius Dei viui, in quo totū remedium nostru: est positū; magnoque honore nos afficis immeritos, quod velis in Scholam & societatem tuam admittere. Quando spiritus hic humilitatis deprehenditur, nec probationibus alijs, nec interrogationibus opus est, ad veritatem vocationis Dei cognoscendam: nam vel ipsa sola, sufficiens est diuini spiritus eam generantis testimoniū. Propterea enim non sine mysterio sapientia diuina, cum suas ancillas misit, vt vocarent ad arcem suā, dixit: *si quis est paruulus, veniat ad me.* per paruulum intelligens (vt ait S. Gregorius) humilem, qui in oculis suis paruulus est; & indignum se reputat, qui Sapientia diuinā sit seruus. Et cum hoc spiritu accedens, magnum reputat beneficium, quod in eius domum admittatur.*

IMPONAMVS nunc finem hisce probationibus hac admonitione, quæ magni momenti est pro ipsis probatoribus. vt scilicet eisdē probationibus spiritum Charitatis adiungant: imitantes prudentem N O E M I: probantem quidem suas nurus grauibus rationibus, vt in suam patriam redirent: sed simul amoris osculum præbentem, illasque illicientem, vt ipsam potius comitarentur. Euitanda sunt tamen ipsis extrema duo vitiosa: attendendo, ne ipsæ probationes aded sint molles, & tanquā in specie, vt oēs admittant, etiam indignos: nec aded seueræ vt pusillanimes deterreant, etiā à Deo vocatos: sed mediū prudenter teneant, etiā inclinando magis ad amoris lenitatem, quæ Prælatorū Euangelicorum velut propria est tessera: imitantes cœlestem Sponsam, de quo dicitur: *quia meliora sunt vbera tua vino:* ad significandum, (vt ait S. Bernardus) vbera Matris, quæ filios suos dulci lacte nutrit, meliora esse puro vino seueritatis, quæ vulneratum & pusillanimum peccatorem pungit; & vt medicum effugiat, efficit. amor enim illum allicit: qui, etsi forte frigidus accedat, amabili tamen lenitate exceptus, mutari poterit & accendi.

## CAPVT IV.

**BAPTISMVM ALIVMVE STATVM SVSCEPTV**  
*ros. pr. enoscere oportere onera illis coniuncta, vt maiori*  
*firmitate & spiritus seruore illos*  
*suscipiant.*



**A**LIA magni momenti diligentia superest ijs adhibenda, qui Christi milites esse cupiunt: ad illam animi constantiam & firmitatem habendam, de qua in proximo capite est dictum. Cum enim DEVS D. N. sit infinita sapientia, suaque omnia cum summa prudentia gubernet, non vult, homines, oculis clausis & imprudenter sese proijcere ad ipsius diuinam vocationem exequendam, cum agitur de statu aliquo amplectendo, aut graui aliquo ac difficili munere aggrediendo: precipue si sit in eo tota vita permanendum. Nisi enim onus, quod sibi imponunt, viresque & facultates proprias, ad illud portandum, bene perspectas habeant, nec promissiones, nec proposita eorum firmitatem habebunt: ideoque facile fide frangent; praecedentq; se deceptos: eo quod non satis rem perpenderit, antequam aggredierentur. In cuius rei figuram prohibuit DEVS in antiqua lege, offerri sibi a quodcumque animal *cacum*, & a Sacerdotibus acceptari. Ille autem *cacum* animal offerre censetur, qui aliquid promittit: aut aggredi statuit difficile aliquod negotium, priusquam bene perspexerit & perpenderit, quae moriua ad sic promittendum; & quas vires ad exequendum habeat. Illi quoque Sacerdotes caecam oblationem acceptant, qui huiusmodi promissa approbant: non prius bene instructo ipso promittente: vt nouerit, quae onera sibi imponat. Ex quo fiet, *vt cacus si caco ducatum praestet, ambo in foueam cadant*: quia ambo in ijs, quae agunt, contra prudentiam errant, nec voti fient compotes.

Quapropter iuxta ea quae proximo Capite sunt dicta, statuit CHRISTVS Dominus Noster, vt homines in aetate discretionis constituti, priusquam Baptismum suscipiant, & ad legis Evangelicae onus ferendum se obligent, bene intelligant, quid suscipiant, & quam subeant obligationem: iubetque ministros suos prius tales catechizare, & omnia docere tam *credenda*, quam *seruanda*, & *praestanda*. Et, vt, quanti res esset momenti, intelligeremus: ipsemet voluit eius rei, rationem reddere ijs, qui eius doctrinam audiebant, & in eius scholam ingredi desiderabant: vt intelligerent cum quanta prudentia & attentione id esset faciendum. *d Quis (ait) ex vobis volens turrim adificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessari*

Cc 2

sunt,

*Cacca hostia*  
*reijcitur.*

a *Leuit. 22.*  
*22.*

*Considera-*  
*tio adhi-*  
*benda.*

b *Matt. 15.*  
*14.*  
*Luc. 6. 36.*

c *Matt. 28.*  
*19.*  
*s. Thom. 3*  
*p. 9. 71. a. 1.*  
*1 Luc. 14. 28*

sunt: si habeat ad perficiendum: ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cepit ædificare; & non potuit consummare? aut quis Rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se: alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest esse meus discipulus. His duabus parabolis explicuit cœlestis Magister monita & regulas ab ijs seruandas, qui statuunt vocationem Christianismi sequi; ad quem vocantur, ad ædificandam Christianæ perfectionis turrin, & tanquam strenuos duces pugnandum contra vitiorum exercitum.

1.  
Virtutes ad  
cælum eue-  
hant.

ε Ephes. 4.1

A D id autem præstandum, respicere necesse est huius fabricæ fines, & illa materialia siue opera, ex quibus illa conficitur, quæ non terrena & fragilia esse debent, sed cœlestia ac diuturna; & quæ hominem à terra eleuent in cælum: quales sunt solidæ Christianæ vitæ virtutes. Fides videlicet rerum à Deo reuelatarum; Spes diuinarum promissionum; Charitas in Deum & in omnes proximos; Obedientia diuinorum præceptorum; peccatorum detestatio; in despectibus humilitas; in periculis fortitudo; & patientia in aduersis. His enim alijsq; similibus exercitationibus *digne* (vt ait Apostolus) *ambulamus vocatione qua vocati sumus: donec assequamur finem nostrum, vnionem scilicet animæ cum Deo suo* & postea æternam vitam.

2.  
Renunciatio  
omnium.

C V M longa deindè mora, attenteque computandæ tibi sunt facultates ad eius turrin fabricam necessariæ; viresque tuæ, ad subeundos in ea labores, explorandæ. Nam hæc turrin non aliena manu, sed propria tua est erigenda; nec alterius hominis viribus & facultatibus, sed proprijs tuis, licet à diuina misericordiâ tibi donatis. Sunt autem hæc facultates, *renunciatio rerum omnium*, quas possides: tali firmo animi decreto, vt omnes re ipsa relinquant, quodocunque ad præstanda Christianæ vitæ opera, in quibus consistit animæ tuæ salus, id esset necessarium. Sine huiusmodi autem proposito, & animi decreto nullæ facultates sufficient ad suscipiendum dignè Baptismi aut Pœnitentiæ Sacramentum; neque vt has viuam ac perfectam Ecclesiæ membrum; nec vt in æternam gloriam ingrediaris. Quando autem hanc turrin ædificandi voluntas à Deo est inspirata, ipsemet simul gratiæ facultatem & auxilium sufficiens tribuit, ad firmum illud decretum concipiendum, cuius virtute & progredi & perficere possis totum ædificium.

3.

S E D quoniam plurimi hostes oppugnant eum, qui de ea fabrica cogitat, & statuit: necesse est, iuxta alteram parabolam, diligenter

per-

pericipere, quantum habeas militem ad hanc pugnam, quantumque tibi sit animus & fortitudo ad eam ineundam, & inuenies quidem, hostem duplicem habere exercitum; viginti scilicet millium; cum tu tantum habeas decem millia; non quod Dæmones, qui nos oppugnant, plures sint Angelis, qui nos custodiunt; sed quod (vt ait Cassianus) amplior sit vitiorum nos impugnantium numerus, quam virtutum pro nobis dimicantium: cum vnaquaqueque virtus duo habeat vitia extrema, in quorum medio constituta, ab utroque oppugnetur: ab altero ob excessum, ab altero ob defectum mediocritatis. Nam liberalitatem oppugnat auaritia, & prodigalitas; Spem præsumptio, & desperatio: & sic cetera virtutes. Quæ tamē, licet vitij numero sint pauciores, sunt tamen natura sua vitij ipsi potentiores. ideoque fallit hic prouerbium illud: Nec hercules contra duos. Quia vna virtus duobus præualet vitij; ideoque decem millibus huiusmodi militibus viginti millia tui aduersarij poteris superare, adiuuante diuina gratia, quæ semper stat à parte virtutis. Hæc omnia vult Christus D. N. attentè cōsiderari ab eo, qui incipere velit ipse esse discipulus: antequam disciplina ipsi se subiciat. Si enim cæcè & impræmeditatè rem aggrediarur: breui ipsum facti pœnitebit, & à progressu in turris ædificio desistenti incipient Angeli illudere, imò & ipsi Dæmones, tanquam insipienti: qui, non factò facultatum suarum computo, ædificium cœpit, quod consummare non potuit. Et quamuis non careant culpa, qui non statuerint Christi esse discipuli; maioris tamen culpæ erunt rei, si clausis, vt dicitur oculis eius disciplina se addicant, & mox pœniteat facti. Et minus fuisset illis noxium, pacem cum hoste fecisse, quam ipsam pugnam aded timidè & inconsideratè aggredi vt in ipsa ex defectu firmitatis propositi; quo accesserunt, succumbant quæ admodum S. Petrus dixit: *qui refugientes conuinationes mundi in cognitione D. N. & Saluatoris Iesu Christi; his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus; meliusque illis erat non cognoscere viam iustitiae: quam post agnitionem reuertens reuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato reuertentes quemadmodum canis ad suum vomitum, in quo magis hauriunt venenum.* Cum tamen & ædificare & pugnare sit necesse, sub æterna vitæ amissione, etiam necesse erit, ipsas facultates, quas habes; quidque tibi deest benè perpendere; & sollicitè ac diligenter operam dare, vt orationibus illud impetres, tuamque vitam feliciter auspiceris. siquidem auxilium Dei in promptu semper est, tibi que ad manum.

§. 1. *Modus prædicta in praxin deducendi.*

**A**D exequendum & re ipsa præstandum quicquid, Christus D. N. nobis inuincit. plurimū referet mancipatē se de nouo eius obsequio,

*Lib. 7 de  
inst. renunt.  
c. 15.*

*Virtutes  
pauciores  
sed potenti-  
ores.*

*2. Pet. 2. 20*

*Omnino a-  
st. andum  
pugnand-  
um, & fa-  
ul. acies  
quærenda.*

diligenter inquirere, quæ onera, obligationesque habeat lex illa, status, & officium, ad quod vocatur. Vt enim diximus, vt plurimum non erit firmum propositum illud, cum quo accedit; si confusè & generatim fiat, & non sciens distinctè præcipua saltem, ac difficilia, ad quæ subeunda se offert. Neque enim cogitare debes, te esse directorem turris huius & spiritualis ædificij, sed executorem tantum: vt facias omnia iuxta exemplar, quod tibi à DEO est monstratum. Nisi autem consilium Dei, eiusque directionem benè perspectam habeas: facile in ædificando errabis, & laborem impendes sine fructu. Nec cogites, te in hac expeditione esse qualemcunque militem: siquidè Christus D. N. Regi te confert, cui huius expeditionis incumbit cura: tuum enim erit potentias, sensusque tuos regere; virtutes ac Sacramenta, ad congressum cum vitijs ac Dæmonibus adhibere. Nisi ergò leges noueris, quibus te dirigas; & hostium astutias, quibus te impugnant: facile decipieris; & cõsilia tua euanescent, ac peribis. Necessè itaque est, benè de omnibus informari, interrogando ipsos Prælatos, & Spiritus Magistros, in Ecclesia, & Religionibus ad id constitutos, quibus hoc onus, & obligatio incumbit: vt hæc omnia distinctè eos doceant, quos vocat DEVS: vt nouerint, quid sit, quod sibi proponunt, & aggredi cogitant.

*Omnia ante exploranda.*

*Ex ecb. 2. 9*

*b Cap. 3. 1.  
c Apoc. 10. 9*

*Dulce initium, amara executio.*

Quemadmodum vnus Angelus dedit Ezechieli Prophetæ a librum quendam in quo scriptæ erant lamentationes, & carmen; & væ: quæ tamen non clausum & inuolutum dedit, sed expandit illum coram eo, iubens, b quodcumque inueniret comedere. Et idem fecit alter Angelus S. Ioanni, dicens: c accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum: sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Quo significatur Prælatorum & Magistrorum spiritus munus esse, explicare & manifestare subditis, & ad obsequium Dei, accedentibus, librum legis Dei, & regulas status; & officij, quod aggrediuntur: vt totum comedant, hoc est distinctè intelligant, & præmonere, dulce quidem esse, dum proponitur; sed valdè amarum, dum executioni mandatur. Expedi itaque eos benè scire amaritudines ac difficultates, præceptis ipsis ac legibus annexas: vt clarè percipiant, quanto oneri humeros supponant; & cogitent an tantū animi habeant, vt digerere possint quod comederint; hoc est præstare, quod promiserint præstabit enim librum non comedere, quam sumptum mox reijcere, eò quod non sciuerint quid comederent.

Oportet itaque eis declarare carmina huius libri, actus scilicet studiosos, sed iucundos, quos ille continet, præcipit, & cõsultat; & simul promissa præmia ijs, qui exequetur. Neque hoc sufficit, sed multò magis oportet, lamentationes & væ illis proponere: opera scilicet pœnalia, pœnitentiam, & mortificationem, suppliciaque horrenda, quæ peccatoribus minatur. Et vniuersim omnia status, & officij onera, pœnasque, ea non seruantibus constitu-

tas, distinctè explicare oportet: ne postea deceptos se esse cauentur: dicentes, se ea non sciuisse: ideoq; retrocedere ab incepto velint.

Ita fecit Moyses proponens populo Hebræo in Deuteronomio omnia legis antiquæ onera: & Esdras iussit d *legi libros legis DEI distinctè, & apertè ad intelligendum*. Et Propheta Samuel cùm ab eo populus regem petijt, statim, iubente DEO, *predixit ei ius Regis, qui regnaturus esset supra eos*; & onera, quæ essent subituri in eo, quod petebat. Et CHRISTVS Dominus noster, cùm legem suam Evangelicam promulgauit, distinctè declarauit præcepta & consilia, quæ illa continebat: frequentius ea repetens, quæ grauiora essent & asperiora; Et in ipsa uocatione inuitans non solum ad *stollendum iugum suauæ*, sed etiam *g ipsam crucem duram, & ad h intrandum per angustam portam*.

Ex quo natum est vt Ecclesia sancta ab ipso sui initio (quemadmodum Sanctus Dionysius ait) petentibus Baptismum, Magistrum constitueret, qui distinctè illis declararet tam credenda, quàm seruanda: sufficienti ad hoc tempore constituto. Et idem fuit in more apud Prælatos Religionum: qui consueuerunt, admitti cupientibus librum legum suæ religionis, & quæcunque graua, & pœnalia illa continet, valdè clarè ac distinctè proponere: quasi illis diceretur: *ecce lex, sub qua militare vis: si potes eam seruare, ingredi: si non potes, discede*. accipe librum hunc apertum & explicatum, nec fidas dulcedini, qua nunc ex sensibili diuinæ uocationis feruore afficeris: affectus enim hic tener citò euaneschet, & executionis tempore perferentis amaritudinem: quare attentius nunc cogita, an habeas animum comedendi, ac retinendi, etiam si sit amarissimus.

QVÆ nolumus esse dicta ad exterrendos eos, quos vocat DVVS: sed, vt idem prudenter agant, & animi eorum decretum firmiter sit & constantius. Nam supposito, quodd à DEO uocentur, debent magno spiritus feruore, quemadmodum Sanctus Ioannes, librum accipere de manu Angeli, Prælati uidelicet, aut spiritualis Patris: totumque comedere apertum & explicatum, sicut eum acceperunt, scientes quid in eo contineatur. Nec timeant amaritudines & difficultates, quas in eo retinendo sentient. Nam qui eos uocauit, iuuabit ad uictoriam. Et quemadmodum ait Apostolus: *qui cepit in uobis opus bonum, etiam illud perficiet*. Ad hoc enim alia etiam Sacramenta constituit

DEVS, per quæ, sicut postea dicemus, bona proposita confirmat, & corroborat, magnumque animum addit ad perseuerandum.

dz. Esd. 8. 8.

ei. Reg. 8. 9

Matth 5. 6 &amp; 7.

f. Matt 7. 13.

g. Mat. 11. 29

h. Luc. 14. 27

C. 2. de Eccl.

Hierarchia

S. Thom. 3.

p. q. 71. a. 1.

q. 76. a. 7.

c. 8.

Ex S. Bened.

dict. Reg 8.

Magno animo mala superanda.

1 Philip. 1. 6.

## §. 2. Confirmantur predicta feruenti RVTH exemplo.

OMNIVM, quæ hætenus dicta sunt, in signe & heroicum habemus exemplum in quatuor feruentibus propositis, quæ insignis illa RVTH generoso animo expressit, quando NOEMI (vt habet paraphrasis Chaldaica) aperuit ei quatuor præcipua capita eorum, quæ agenda ipsi essent, si serid & ex corde vellet conuerti ad DEVM Israel. PRIMVM erat, quod si semel ex terra Moab, & materna domo egrederetur, nunquam esset illi ad eam redeundum: nam Israelitas non posse cohabitare gentilibus, ob periculum prauos eorum mores imitandi. Ad quod animo generoso illa respondit: *a quocunque perrexeris pergam. & ubi morata fueris, & ego pariter morabor: nec vnquam a tuo contubernio recedam, vt in patriam, aut materiam domum reuertar. Demde adiecit NOEMI, quod populus Israel haberet legem aded grauem, ac difficilem, vt sexcenta & tria præcepta contineret: quam totã ita seruare oporteret, quemadmodum illa obligabat. Ad quod RVTH, non minori animi fortitudine: populus, inquit, tuus, populus meus. quare sponte me offero: ad legem custodiendam eiusque onus portandum, sicut tu feceris: confidens in DEO, me tantum virum habituram, quantum habes tu, ad legem custodiendam. Adiunxit NOEMI tertium, quod non amplius oporteret Deos illos adorare, sicut antea: ed quod essent falsi: nam vnicum esse tantum, & solum verum Deum, quem omnes teneretur adorare, ei que amore summo ac reuerentia seruire. ad quod illa promptissimam se esse ostendit: *Deus tuus, dicens, erit Deus meus: & quem tu adoraueris, ego pariter adorabo; contemnens Idola falsosque Deos, quos hætenus colui. Quartum denique proposuit, quod in lege sua grauissima essent constituta supplicia etiam mortis in eius transgressores; & oportere, si eam amplecti vellet, offerre se ad eius obseruantiam vsque ad finem vitæ, & si opus esset etiam ad vitam pro eius custodia exponendam. Ad quod virili prorsus pectore respondit: que te terra morientem susceperit, in ea moriar; & quod genus mortis subieris, ego quoque subibo. Et omnibus aduersis ac laboribus, quibus te exposueris, & ego me exponam: etiam si vita sit amittenda, ne meæ desim promissioni. Vt autem intelligas, me hæc omnia ex intimo corde offerre: *hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, si non sola mors me & te separauerit. & oro Deum, vt iram suam in me statim vibret; & horrendis pœnis me puniat, si omnium, quæ dixi, executioni me subtraxero. O virilem animum, ac diuinum potius quam humanum! apparet facile, Deum hæc vota aded generosa promouisse: siquidem vel in ipsis conuersionis eius inijs imperterrite aded, ac viriliter offert se, ad æquæ currendum atque ipsa senior, & aded in legis custodia exercitata. Cuius exemplum propterea***

(vt ait

Vide glossã  
& Lyrã.1.  
Constantia.2. *Ruth. 1. 16.*3.  
Animi fortitudo.4.  
Abnegatio.5.  
Patientia.

Lib. 3. in ca.  
3. Luc.

(vt ait S. Ambrosi<sup>9</sup>) ob oculos nobis proponitur: vt feruore discamus, quo decet nos diuinā vocationē sequi; & prælatis ac spirit<sup>9</sup> Magistris respondere, cum nobis grauitatē & oneris difficultatē, quod subire volum<sup>9</sup>, proponūt.

QVAM OBREM si nouam vitam, tanquam strenuus miles, cogitas inchoare, *b. inira*, quemadmodum Dauid, *domum Dei, in holocaustis, reddens ei* quatuor prædicta proposita, magni amoris igne inflammata: constitue te in conspectu IESV capitanei tui, te ad se sequendum inuitantis: & spiritu illo RVTH dic ei: quocumque tu Saluator mi, perrexeris, pergam, tua vestigia sequens, & tua imitans exempla: & vbi moratus fueris, & ego pariter morabor, te semper comitando. Populus tuus Christianus, erit populus meus; & legibus illis gubernari cupio, quibus ille gubernatur. Iugu, quod ille tollit, tollam & ego iubens; magnam mihi existimans esse felicitatem, quod eius populi pars efficiar, quem in tuum elegisti. Et quamuis Tyro adhuc in domo tua, cupio tamen pariter currere cum antiquioribus eius: siquidem iubes, me facere voluntatem tuam in terra, sicut Angeli, qui tui sunt antiquissimi domestici, eam faciunt in cælo. Et cum tu Domine, dixeris tuis discipulis. *c. patrem tuum esse patrem nostrum, & Deum tuum Deum nostrum*: is erit Deus meus in æternum: idque tanta animi firmitate, vt nunquam Deum alium accipiam; nec idola diuitiarum, voluptatum, aut honorum, sicut solebam, adorem. ad quod meum propositum confirmandum, etiam statuo firmiter, quamcunque aduersitatem mihi euenientem acceptare, etiam si crucis mortē subire sit opus, quemadmodum tu subiisti: & sepeliri quemadmodum tu fuisti sepultus: quoniā hæc mors erit mea vita; & sepulchrum, requies mea. His quatuor propositis licebit nonnunquam feruentem addere confirmationem, qua RVTH sua confirmauit, edito scilicet graui iuramento, nunquam ab ijs, quæ proponis, deficiendi vsque ad mortem. Consequitur enim Spiritus S. dum efficaciter aliquem vocat, ad arduum quid pro diuino obsequio aggrediendū, inspirare nonnunquam seruis suis, vt proposita bona & animi decreta, quæ concipiunt, iuramento aut voto confirment quo se, ad ea exequenda, Deo obstringant: idque nonnunquam in re, quæ non præcepta, sed consilij erat: & interdum, etiam si præcepta esset, nouam tamen obligationem ad obediendum, iuramento aut voto sibi imponāt: quemadmodū Dauid dixit: *d. iurati & statui custodire iudicia iustitia: tue in æternum*: & S. Iob. *e. vinit Deus, quia donec superest halitus in me, non loquentur labia mea iniquitatem, ne lingua mea medietur mendacium: donec deficiam non recedam ab innocentia mea. In iustificationem meam, quam cepti tenere, non deseram.*

IN huiusmodi autem promissis conditiones illæ seruandæ sunt, quas RVTH in suis adhibuit. Fuit enim in primis promissio illa *de re sacra*, eiusque anima vtilissima: exire sc. ex patria sua, & occasionibus Idololatria; cō-

b Psa. 65. 13.

c Io. 20. 17.

d Psa. 118. 106.  
e Iob. 27. 2.Quatuor  
conditiones  
voti & iuramenti.

1.

Res bona.





ma huius Sacramenti indicat. Est. n. CONFIRMATIO unctio, qua Episcopus in modum crucis baptizati frontem chrismate ex oleo & balsamo confectio, & benedictio inungit, dicens: *signote signo crucis, & consigno te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. Amen.* Quorum verborum, & externorum signorum virtute, stupendos in anima producit effectus. communicat. n. inuisibiliter plenitudinem & abundantiam Spiritus S. qui in die Pentecostes visibiliter fuit datus Apostolis; & postea per Apostolorum manuum impositionem baptizatis dabatur. Quae impositio manuum, ut Concilium Florentinum declarat, multique SS. Patres affirmant, idem erat quod Confirmatio. Nunc autem inuisibiliter datur, ut baptizati inuisibili Spiritus S. praesentia, gratiaeque eius abundantia, quam Sancti septiformem appellant, ad Christiani hominis perfectionem propriam perueniant; consequentes excellentiam & perfectionem septem Spiritus S. donorum, septemque virtutum, quae veluti capita sunt reliquarum. Quamobrem S. Clemens Papa quod a Magistro suo S. Petro audiuerat, *absque huius* (inquit) *Sacramenti unctione perfectus esse Christianus nequaquam poterit, neque se ad habere inter perfectos.* Quemadmodum. n. vota, quae in Religione eduntur, religiosum in statu perfectionis constituunt: non quod statim perfectus ille sit; sed quod ipse status cum addicit ac dedicat, ut perfectus esse contendat: & ipsa religiosa vocationis gratia eum iuuat, ut talis euadat, ut suo loco videbimus: Ita Confirmatio Baptizatos constituit in statu perfectorum Christianorum: non quod statim sint tales; sed quod eos destinet ad perfectionem Christianam procurandam: quam Christus D. N. discipulis suis commendauit, dans illis speciale, & copiosissimam gratiam ad eam perfectionem obtinendam. iuxta illud Apostoli: *Deus est qui confirmat nos vobiscum in Christo: & qui unxit nos, & signauit, deditque pignus Spiritus in cordibus nostris.* quasi diceret: Deus nos confirmat, spiritumque illum communicat, quem Dauid *principalem* appellat: ut firmi in rebus obsequij ipsius maneamus. ille nos ungit *unctione, qua docet nos de omnibus*; repletque omni gaudio, ut ei perfecte seruiamus. Ille obsignat nos, accipiens in suos; imprimens animae characterem, & signum Sacramenti; cordi vero ipsum amoris signaculum: datque pignus spiritus, ipsum videlicet Spiritum S. quasi nos certos & securos reddat, quod nostra peccata remittet, necessitates reparabit, orationes exaudiet; eritque noster pater, protector, & in tentationibus propugnator; pater noster, Magister, & auxiliator, ad optatam perfectionem, & gloriae coronam, quam speramus, obtinendam.

§. 1. Duplex effectus finisque praecipui Confirmationis.

**P**LIGNORA haec & thesauri gratia, quae in Sacramento Confirmationis communicantur, in duos illos praecipuos fines ordinantur, quos in sinuatum. Primus scilicet iusti in sanctitate crescant, quam per Baptismum acceperunt: perueniantque ad eam Christianae perfectionis sublimitatem, ad quam vere sunt

Confirmati-  
onis essentia.

Act 8. 17. &  
c. 9. 6.

S. Thom. 3.

p. q. 72. a. 2.  
ad 1.

Suarez ibi.  
disp. 33. sect.

+  
Epist. 4. ad  
Iulianum &  
Iulian. 3.

Confirma-  
tio ad perfe-  
ctionem im-  
pellit.

a 2. Cor. 1. 21

b Ps. 50. 14

c 1. Jo. 2. 27.

vocati. Quemadmodum enim infans statim, atque in esse naturali est conceptus, virtutem accipit sensum crescendi, & augendi vsque ad perfectum viri statum: Ita, ait S. Thomas, qui per Baptismum in supernaturali esse est regeneratus, specialem gratiam & virtutem accipit in Confirmatione, ad proficiendum & progrediendum vsque ad perfectum Christiani statum. Et quemadmodum corporum accretio non solum fit naturalibus animæ facultatibus; sed auxilio etiam spirituum vitalium, qui facultatibus ipsis, ad suas actiones exercendas sunt vsui: Ita propria huius Sacramenti gratia non solum virtutes includit, donaque supernaturalia, que in ipsis iustis permanent; sed abundantiam etiam illustrationum, & inspirationum Spiritus Sancti, quibus eos adiuuat, fouetque in exercitatione bonorum operum: vt crescant in perfectione Christiana eo modo, quem subiiciemus.

ALTER Sacramenti huius gloriosissimus finis est, nos adiuuare in militum officio & munere, armis suis nos muniens, aduersus hostes visibiles & inuisibiles Catholicæ fidei, & perfectionis Christianæ. Et quoniam huiusmodi pugna statim incipit post Baptismum susceptum: ideo olim ex Apostolorum traditione (quemadmodum Petrus Damianus refert) statim hoc Sacramentum baptizatis conferebatur: ne Dæmon inermes reperiret; & absque præcipuis armis offensivis, ac defensivis: ipso scilicet Spiritu Sancto, cum ea plenitudine, quæ in hoc Sacramento communicatur. Quam ob causam Christus D.N. ipsos a Apostolos iussit, sedere in civitate, quoad usque induerentur virtute ex alto, ipso scilicet Spiritu S. cuius virtute & fortitudine resistere possent hostibus prædicationis, legisque Evangelicæ. Diuinus enim hic Spiritus cor efficit magnanimum, & audax, ad horrendas etiam pugnas aggrediendas, ipsique inferno sese opponendum, quod voti possit fieri compos. Quis enim tantum animi robur Sancto Stephano dedit in eius adeo grauibus congressibus, & heroicis charitatis, & patientiæ actibus, quos in eis exercuit; nisi spiritus ipse S. quem in se ipso habebat; & exemplar illud fortitudinis, quod in cælo videbat? De eo enim sic ait S. Lucas: *b cum esset plenus Spiritu S. inter deos in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei.* atque si dixisset: omnes tres personæ diuinæ cor uenerunt, vt suo militi adessent. Spiritus S. cor eius occupavit, tanquam patrinus & protector: ideoque (quod perpendit S. Gregorius Nyssenus) non vidit eum in cælo: quia secum illum habebat. Sed Pater cum sua gloria ostendit se illi tanquam finem præmiūq; illius pugna: Filius etiam sese illi ostendit, tanquam scopum & exemplar ipsius pugna: & hac ratione illustri adeo victoria potitus est. Idem aut faciunt inuisibiliter tres diuinæ personæ per hoc Sacramentū, quo Christiani induuntur virtute ex alto: vt valde eminenter exemplar ipsū imitetur: pugnentq; strenue, vt idē præmiū cōsequantur.

Ideo-

3. p. q. 71. a. 1

Confirmatio facit cre  
scere.S. Hostibus  
resistere.Serm. 1. de  
Dedicat.  
Eccles.

Luc. 24. 49.

b Act. 7. 55.

Orat. de S.  
Stephano.  
S. Trinita  
tis protectio.

Ideoque ad illud recipiendum vocantur illis verbis Canticorum: *c pone me  
ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est  
ut mors dilectio, dura sicut infernus vel sepulchrum amulatio.* Per hoc enim diu-  
inum Sacramentum Spiritus S. tanquam signum se collocat super cor no-  
strum, & brachium. Sua enim presentia (vt Apostolus dixit) signat nos, non  
solum vt viam virtutum eius imaginem recipiamus; sed pugnemus etiam  
magno animo, forti que brachio: vt & obtinere eas & conseruare possimus,  
nec mortem timentes, nec inferni potestatem. Ideoque communicat nobis  
*characteris* signum, quod deleri non potest: in testimonium, quod, si eius  
patrocinio iuuare nos voluerimus, nunquam vincendi simus, ad quod ipsum  
Charitatis sigillum nobis imprimit, quo reddimur fortes sicut moes, ad  
vincendos omnes timores & pericula adeunda; duri vero sicut sepulchrum,  
vt Damonibus ac tyrannis resistamus: vt liceat cum Apostolo dicere: *d quis  
nos sperabit à charitate Christi? an tribulatio? an periculum? an persecutio? an  
gladius? non: quia in his omnibus speramus propter eum, qui dilexit nos, & dedit  
nobis spiritum suum in hoc Sacramento.* Ex quo fit, vt non liceat nisi se-  
mel in vita illud recipere. quod signum est desiderij, quo DEVS noster  
tenetur, vt maneamus confirmati, fortes & quasi inuicti in eius seruitio, ob  
diuini ipsius spiritus presentiam quem (vt S. Thomas perpendit) Aposto-  
lus appellauit, *e signum & pignus hereditatis celestis.* Pignus enim tantum va-  
let, quantum res ipsa, quæ postea tradenda est; nec redditur pignus, donec  
res ipsa tradatur. vt intelligatur, Spiritum S. qui in hac vita communica-  
tur, etsi qui illum accipit eum non videat; neque eo nisi per fidem, fruatur,  
esse infinitæ excellentiæ; optare que semper esse in anima, donec clarè ip-  
sum videat in gloria. Et propter eandem causam ait Glossa, etiam vocari  
*arrham* hereditatis nostræ. nam pignus reddi solet ei, qui illud dedit: *arrha*  
tamen semper apud eum manent, qui illas accipit.

§. 2. *Quaratione pudor & humanus timor superentur.*

**V**T adhuc magis appareat, quantam fortitudinem hoc Sacramentum  
tribuat, ad ea que diximus: præmittendum est, maximum impedi-  
mentum, quo fidei dilatatio, perfectio Christiana, & perseuerantia  
in ea retardata est, fuisse horrorem & pudorem, quo afficiebantur homi-  
nes ac terrebantur: ne duo genera rerum admitterent, ac profiterentur, que  
huius mundi iudicio abiectæ & contemptibiles videbantur: quasdam, quas  
fides credendas docet; alias quas iubet facere. Nam sapientes & potentes,  
inflatos & superbos pudebat, pro Deo adorare hominem, qui in vili stabu-  
lo natus esset & per multos annos fabrilem artem exercuisset; ac demum  
captus, flagellatus, crucifixus, ac mortuus esset: erubescabant quoque eius  
paupertate, inimitati & humilitatem, in ferenda cruce, condonandis iniu-

c Cant. 8. 6.

2 Cor. 1. 21.  
Ephes. 1. 14.

d Rom. 8. 35.

c Lect. 5. ad  
Ephes. 1. 14.  
Spiritus S.  
pignus &  
arrha gloria.Ibid. & S.  
Thom. alia  
lectio habet  
Arrham  
heredit.

Fides & O  
bedientia  
contempti-  
biles viden-  
tur.

a 1. Cor. 1. 2.

S. Thom. 3.  
p. q. 72. a. 9

Cruce in  
fronte.

In Psal. 14.  
Vide Canisii  
de Confir-  
mat. 5. 1.

b Matt. 5. 39  
Alapa in  
Confirma-  
tione.

c Ezech. 3. 8.

J. Isai. 5. 9.

Timor &  
pulsor supe-  
randus.  
Homil. 12. in  
Ezech.

rijs, opprobrijs tolerãdis, & exercitijs carni molestis, & in sæculo contem-  
ptibilibus amplectendis. Quare stultos & ignorantes eos iudicabant, qui ea  
faciebant; & incredibili animi indignatione, rabieque persequiebantur:  
vt à fide & religione, quam profitebantur, eos retraherent. Ideò enim dixit  
Apostolus: a *Christum crucifixum; Iudæis quidem esse scandalum, Græcis au-  
tem stultitiam; ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum esse Dei virtu-  
tem, & Dei sapientiam.* Gratia enim Christianæ vocationis in lucem illis pro-  
fert, quod homines huius mundi later: luceque cœlesti magnalia illis mani-  
festat, quæ in his vilitatibus continentur: vt & gloriantur de eis, & ad imi-  
tandum animentur. Propter hancigitur causam statuit CHRISTVS Dominus  
Noster, vt in Ecclesia sua sanctum Confirmationis Sacramentum omnibus  
Christianis conferretur, per vnctionem Chrismatis in formam crucis: vt  
intelligerent, Spiritus sancti vnctionem, strenuos eos facere luctatores,  
non solum aduersus carnem & sanguinem; sed etiam contra principes, &  
potestates inferni. Et quoniam timoris & pudoris indicia, vt loquitur Con-  
cilium Florentinum, in facie apparere solent: voluit idem Dominus, signum  
S. Crucis in ipsa fronte signari, vt ex hoc intelligerent, quod ipsius gratiã il-  
lis assistente, non esset, cur persecutiones timerent, aut crucem horrerent,  
aut puderet eos, verbis & operibus fidem confiteri, quæ ipsius essent testi-  
monium: idque tam in mysterijs, quæ vilia & contempta videntur; quam in a-  
ctionibus, quas iubet aut consulit: licet ignominiose videantur. Potius, vt S.  
Augustinus loquitur, gloriari de illis debent, ac publicè in totius mundi  
conspetu easdem exercere. Et propterea solet Episcopus confirmato ala-  
pam in faciem infligere, in signum patientiæ in iniurijs, & opprobrijs exer-  
cenda: vt sic se præparet ad Saluatoris consilium amplectendum, dicentis:  
b *si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prabe illi & alteram:* vt sic  
ostendas, quòd te non pudeat, iniuriam ferre; nec eam vlcisci velle. Efficit en-  
nim hoc Sacramentum frontem illi similem, quam DEVS Ezechieli dedit,  
dicens: *ecce dedi frontem tuam duriolem frontibus eorum, apud quos habitas  
vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam.* Quemadmodum enim impro-  
bi, & scelerati peccatores non afficiuntur pudore, dum sua perpetrant pec-  
cata, etiam vilissima; sed potius d *peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt,*  
nec absconderunt: ita ingenuos Christianos pudere non debet, fidem suam  
apertè fateri, & bona opera facere: etiam si vilia esse videantur. Sed potius  
frontem habere debent tanquam adamantem, qui lapis est pretiosissimus;  
& tanquam silicem qui est vilis. Nam (vt Sanctus Gregorius ait) nihil eo-  
rum, ad quæ obligantur, præterire debent propter honorem, nec propter  
ignominiam, nec ob timorem potentum, nec ob pudorem despectum: sed  
his omnibus se imperterritos opponant; dicantque cum Apostolo: e non

*erubescio Evangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Et quamvis Christus crucifixus scandalum sit Iudæis, & gentibus salutaria; mihi tamen, ad credendum vocato salus erit, honor, & vita mea eius ignominia summo erunt mihi honori; easque imitari, mihi erit gloria; eas tanquam coronam capiti meo apponam: quas video, ipsum altissima sua sapientia elegisse, ut meam curaret superbiam: ut pro meis culpis satisfaceret, ut misericordiarum suarum profundissimam abyssum manifestaret, accipiendo in se misérias meas, ut me ab eis liberaret.*

Quid autem magnum est, si hanc ego instituum Confessionem, conculcata etiam, si opus est, quacunque confusione & periculo temporali? cum Saluator meus (ut ait Apostolus) *g coram Pontio Pilato bonam fecerit confessionem*: ut propter eam mortuus fuerit, ob quam benè promeritus est, ut omnes illum confiteamur, & honoremus: implentes illà Iacob prophetiam, quã filio suo Iudæ, qui Christi D. erat figura, dixit mirifica illa verba, quæ paraphrasis Chaldaica vertit: *h Iudas, confessus es, & non erubisti; in te confitebuntur fratres tui.* Quis poterit, Saluator mi, illustrem illam confessionem explicare, quam coram Caipha, & impio illius consilio fecisti: cum te ille interrogaret: *i adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei*: quamvis enim non ignorares ignominias & tormenta, quæ confitenti tibi imminebant; nihilominus liberè confessus es, dicens: *k Ego sum.* propter quam causam fuit illa nocte facies tua consputa, euulsi capilli, maxilla colaphis percussæ; oculi vitrà velati, & in contemptum tuum genuflexo, sacrum tuum corpus percussum, à dicentibus, *si tu es CHRISTVS, propheta, quis te percussit.* Illis denique illustrem tuam confessionem iudicantibus esse blasphemiam, fuisti propter eam ad mortem condemnatus. Et nihilominus sequenti die mane eandem confessionem confirmasti in eodem concilio, dicens: *l vos dicitis, quia ego sum; & iterum in ipso Pilati pratorio eandem repetiisti, sine timore confusionis, quæ tibi vitam cum summa ignominia amissuro, tantam erat confusionem allatura.* Quam ob causam dignissimus es, quem omnes tui in humana natura fratres, verum filium Dei viui, verumque hominem confiteantur: non erubescerent confiteri abiectissima illa, quæ propter homines es perpeffus; sed se ad quævis opprobria & ignominias sustinendas offerentes, potius quàm illa negare. Et ne forte exemplum hoc rui non sufficeret, ad nos animandos, ad illustris aded confessionis tuæ imitationem: ad eandem præclarissimis propositis præmijs, etiam nos exhortaris; & horrendis minis à te negando deterres, dicens: *m qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo, qui in caelis est, & n angelis eius: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo.*

e Rom. 1. 16  
fi. Cor. 1. 23.

g 1. Tim. 6.  
13.

h Gen. 4. 9.  
Vide Perer.  
ibi.

i Matt. 26.  
6.

k Marc. 14.  
62.

Christus  
confiteri non  
erubuit.

l Luc. 22. 70  
Ioan. 18. 37.  
Luc. 23. 3.

n Matt. 10.  
12.  
1 Luc. 12. 8.

& o

o Marc 8.  
38.  
ramia  
Christum  
confitenti  
proposita.  
p Ioan. 1. 23.

q Matt. 11.  
15.  
Luc. 7. 26.  
r Matt. 16.  
16.  
s Luc. 23. 41.

t Hebr. 12.  
2.

u Hebr. 11.  
16.

x Exod. 8.  
26.

& o qui me confusus fuerit & verba mea; & filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. O vtinam mundus vniuersus ad eam viam fide te confiteretur: vt cum ad iudicandum illum venires, eum laudares, & in gloriae tuae sedibus collocares! Quis te non confiteatur, Rex aeternae, qui te confitentes tantis honoribus prosequeris? Confessus est Sanctus Ioannes, p se non esse nisi vocem tuam: tu vero ita eum laudasti, vt confitereris & q Prophetam esse & plus quam Prophetam, & quod inter natos mulierum nullus eo maior surrexisset. Confessus est r S. Petrus, te esse Christum filium Dei viui, tu eum beatum esse dixisti, & te super eum tanquam firmam petram aedificaturum Ecclesiam tuam. Confessus est latro in cruce, te nihil mali gessisse, & cum omnes, qui aderant, te irriderent tanquam blasphemum & fictum Regem, iste verum Regem est confessus: cui tu statim paradysum promissisti. Innatum enim est tibi, te honorantes, honorare, te laudantes, laudare; eisq; dare centuplum, quam ipsi pro te fecerint. quod si crucis ignominiam & signum in frontibus suis portent: tu in eis scribis nouum & gloriosum tuum nomen I E S V, & nomen Patris tui. quasi honorem tibi reputes, eos habere fratres, tuique regni cohaeredes. Si itaque D. N. ad eam liberaliter remunerat viam confessionem fidei, & myteriorum eius; rectum omnino est, vt honori tibi ducas, eandem confiteri non verbis modo, sed etiam operibus: & quidem ijs lubentius, quae Dei oculis sunt gratiora, magisque gloriosa: quamuis mundi oculis vilia sint, & abiecta; memor etiam insignis illius electionis, quam hic Dominus statim initio suae incarnationis fecit, eum (vt ait Apostolus) t propositio sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. quasi dixerit propositis ante oculos gaudio, rebusq; delectabilibus & gloriosis in oculis mundi: omnia reliquit & contempsit, & amplexus est crucem: nihili faciens confusionem & contemptum eiusdem mundi, quae sunt ipsi cruci coniuncta. Ad eius itaq; imitationem decet, te semper eligere quicquid ipse D. iubet: praefereudo illud illecebris omnibus, gaudijsque ac delitijs huius mundi. Si enim u Moyses maiores diuitias estimans thesauro Aegyptiorum, impropertum Christi, elegit magis affligi cum populo Dei, quam in temporalis peccati habere iucunditatem, quamuis a longe & in figura tantum, Christi impropertum aspiceret: quanto erit aequius, te idem facere, cum propere illud aspicias; sciasque hunc Dominum in seipso tot impropertia esse perpessum? Hoc apud te statue, quod si velis Christum sequi: oporteat te in Sacrificium offerre, & immolare abominaciones Aegyptiorum: reiiciendo, vt abominandum, quod mundus magnificat; magni vero faciendo, quod idem abominatur. Quod si, Aegyptij te lapidare: oluerint, ed quod res eorum contempnas: indue te armatura gratiae huius Sacramenti, cuius finis & fructus est, superiorem te efficere omnibus mundi tribulationibus, quo fidem, Christianamque

namque

Olei & bal-  
sami signifi-  
catio.  
P<sup>2</sup>. lib. 22.  
cap. 15.

namque perfectionem conseruare possis. Idem enim Chrisma, quo ungeris, fit ex oleo & balsamo: ad significandū, quemadmodum oleum aqua supernatat, ut ignem foueat in lampade, quamuis hac ratione consumatur, & pereat; balsamum verò fluat ex arbore cultro aliquo, aut præacuto lapide puncta: Ita huius Sacramenti gratia faciet te in tribulationibus & tentationibus, tuis hostibus superiore: quod possis ignem amoris Dei conseruare: etiamsi hoc nomine sit amittenda vita, honor, & bona fortunæ; iuxta illud in libro Canticorum: *b lampades dilectionis lampades ignis atque flammarum; & si dederit homo omnem substantiam Domus sue pro dilectione, eiusque conseruatione: quasi nihil despiciet eam: potius gaudet se habere, quod dare possit; & seipsum exinanire, ut fluat tanquam balsamum per exercitia valde fragrantia, & sublimia: fidelitatem suam in medijs tantis tribulationibus, & contemptibus ostendendo.*

b Cant. 8. 6

## CAPVT VI.

## DE SPECIALI VOCATIONE AD PERFECTIO.

*nis Christiane sublimitatem, quam profitentur qui Confirmationis Sacramentum suscipiunt: & omnes posse ac debere ad eam conseruare.*

**Q**UONIAM Confirmatio constituit nos in statu perfectorum Christianorum: ad studendum perfectioni, quam lex Evangelica præ se fert, operæ pretium erit, ea declarare, quæ ipsa complectitur; & Vocationem, quæ ad eius studium inuitat. De qua gloriatur ipsemet DEVS, dicens per Isaiam: *quis suscitauit ab Oriente iustum, & vocauit eum ut sequeretur se?* quamuis enim, ad litteram, sermo sit de iusto Abraham, quem eduxit DEVS à terra sua, quæ erat ad Orientem; & vocauit ut ipsum cum magna perfectione sequeretur, dicens illi: *b ambula coram me, & esto perfectus:* simul tamen describitur sublimis illa vocatio, qua vocat reliquos iustos, postquæ per sacrum Baptismum eduxit eos ex frigido & obscuro Septentrione, ex statu scilicet peccati: & collocauit in gratiæ & spiritualis lucis Oriente, ut vitam nouam viuere inchoarent. sed quoniam hæc lux in ipsis initijs est exigua: non vult eos in ea hære; sed vocat, impellitque; ad procedendum & crescendo ex hoc Oriente, *quasi lux splendens usque ad perfectam diem.* Hoc modo declarat Sanctus Gregorius

a Isai. 41. 2.

b Gen. 71. 2

c Prou. 4. 18.



Lib. 2. in 1.  
Reg. 6. 4.

d Eccl. 23. 38

vocationem, qua DEVS iustum Samuelem excitauit, ad obedientiæ & mortificationis actus exercendos. *Nam vocare, inquit, Dei, est, electam mentem ad augmentum maioris gratiæ excitare, ascendentem de virtute in virtutem vsque ad omnium culmen: conijcientem oculos in ipsum Deum tanquam in exemplar, à quo vocatur: vt ipsum imitetur in eo gradu, in quo potest creatura creatorem sequi & imitari: Est enim d gloria aded magna, sequi Deum, vt interrogantis more dixerit: quis vocauit iustum, vt sequeretur se? quasi diceret, nullus alius prater me ad eam gloriam euehere eum potuisset: vermiculus enim terræ nec animum nec vires ad cœlestem Regem imitandum haberet, nisi ipse metum ad id vocaret.*

§. 1. *Ad tres gradus perfectionis nos vocari.*

**V**T verò perfectio, ad quam nos dirigit hæc vocatio, magis innotescat: conijciamus primum oculos in ipsas formas Sacramentorum Baptismi & Confirmationis, quæ expressè dantur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, non solum quòd finis eorum sit Sanctissimæ Trinitatis fidem profiteri; sed etiam ob gratiam specialem, quam conferunt, ad sanctitatem & perfectionem trium personarum diuinarum imitandam: quarum opus, ait Sanctus Prosper, esse hominum vocationem. vt de singulis dicere liceat, quod *iustum vocet, vt sequatur se.* Licet enim res ita habeat, quòd quidquid persona vna diuina facit, idem & altera faciat: nec sit possibile, vnam absque altera imitari, ed quòd omnes eandem omninò habeant sanctitatem: aliquid nihilominus vniciuique earum attribuimus, vt distinctiùs discamus modum singulas imitandi. Ad cuius rei declarationem supponendum est, sanctitatem & perfectionem tres habere gradus, quorum causa Seraphini ter Deum appellarunt a S A N C T V M: & in omnibus tribus vult, vt homines ipsum imitentur, ac propterea ter etiam in Leuitico dixit illis: b *Sancti estote, quia ego sanctus sum:* singulis vocibus ad singulos Sanctitatis gradus exhortans. quos Apostolus in summam redigit, cum dixit: c *sinem præcepti esse charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; & vt amplectamur d voluntatem Dei bonam & benè placentem, & perfectam.*

PRIMVS gradus consistit in CORDIS PURITATE, ita vt nullum admittatur peccatum, paruum aut magnum, quod animam aliqua macula inficiat: iuxta id quod dixit DEVS: e *perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo:* sine macula scilicet peccati grauis, quo diuinæ gratiæ pulchritudo deleatur; & sine macula leuioris, qua eiusdem splendorem obfuscet. Licet enim omnes hæc culpas leues euitare non possimus: (nam

etiam

Lib. 2. de  
vocat. gent.  
c. 26.

a Isai. 6. 3.

b Leuit. 11.

44. & 19. 3.

& 20. 7.

c 1. Tim. 1. 5.

d Rom. 12. 2.

1.  
Cordis pu-  
ritas.

e Deut. 18.

13.

f. Tho. 3. p. 7.

87. a. 2. ad 3.

g. 2. 2. 9.

184. a. 3.

etiam perfectissimi tales aliquas habent) omnes tamen tenemur, omnem operam dare, ut eas euitemus: amplectendo Apostoli consilium dicentis: *Induite vos armaturam DEI, ut possitis stare aduersus insidias Diaboli, & in omnibus perfecti stare: & integri in nullo deficientes.* tunc autem omnia hæc exequemur, quando voluntas nostra plenè se Dei voluntati subiecerit in rebus omnibus, quas lex Sancta præcipit: ita ut *ne iota unum, aut apicem eius prætereamus.* hoc etiam est quod dixit S. Ioannes: *qui seruat uerbum Dei, verè in eo charitatem Dei esse perfectam:* recedendo scilicet à malo prohibito, faciendo uerò bonum præscriptum. Et quoniam primus hic sanctitatis gradus est spiritualis, & perfectæ uitæ fundamentum: illud primæ Sanctissimæ Trinitatis personæ, & hoc est Patri attribuimus. cui ab essentia sua hæc puritas competit: quam filijs suis eo modo communicare cupit, quo illi sunt capaces: iuxta illud, quod idem Sanctus Euangelista dicit: *omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit; quoniam semen ipsius in eo manet; & non potest peccare: quoniam ex Deo natus est:* quasi diceret. qui ex Deo natus est, per gratiam iustificationis, quod ad ipsam gratiam spectat, non poterit ille peccare: detestatur enim illa peccati societatem: ideoque iustum impellit, ad illud summè fugiendum: ut **DEI** filij, similes in puritate sint Patri suo; qui sancta sua uocatione dignatur eos vocare, ut eius puritatem imitentur, dicens illis: *lestote sancti, & ne polluatis animas uestras:* & Sanctus Apostolus, **1. Thesal. 4. 7.** *non uocauit nos DEVS in immunditiam, sed in sanctificationem.*

Ex hoc fit progressus ad secundum perfectionis gradum, qui consistit in exornanda anima **SANCTIS OPERIBVS**, non solum quæ obligant ex præcepto; sed multa etiam, quæ tantum sunt consilij: idque ob duplicem finem. *Primo*, ut ita simus remotiores à maculis culparum; & defectibus earum, quæ sunt præcepta: non enim furabitur aliena, qui propria libenter largitur: & **procul** erit ab ulciscenda iniuria, qui alteram maxillam præbuerit, ut in ea percutiatur: certoque implebit opera, ad quæ tenetur ex iustitia; qui spontè præstat alia, ad quæ tenetur ex sola misericordia. Nam quemadmodum antemuralia & pomeria muros defendunt: ita, ait **Isaias**, in *urbem fortitudinis nostræ*, hoc est Ecclesia Sancta, esse **murum** præceptorum, quæ illam custodiunt; & **antemurale** consiliorum, quæ illam multo reddunt securiorem: ut propterea multò facilius portet onus, & iugum legis, qui apud se statuerit, utrumque seruare. Quemadmodum uolucris facile corpus suum per aërem portat, cum utramque habeat alam; quæ tamen uel in ipsa terra difficile ambularet, si unquam tantum haberet. utraque enim simul est leuamen; cum sola una sit onus. ita qui statuit ea tantum seruare, quæ sunt præcepta; cum magna molestia ambularet, & uerfaretur in periculo, cum ipso onere in terram decidendi: qui autem

f Ephes. 6.  
11. 17.  
g Iacob. 1. 4.  
h Mat. 5. 18  
i. Ioan. 2. 5

Puritas Deo  
Patri attri-  
buitur.  
k. 1. Ioan. 3. 9

l Leuit. 11.  
44.

2.  
Consilia faci-  
unt ut a  
peccatis lon-  
gius absis.

n Isai. 1. 6. 1

Consilia in-  
uant præce-  
pta.

Christus  
Consiliorū  
præco.  
in Mart. 5.

o Isa. 52. 6.

p Leuit. 20  
16.

3.  
S. Thom. 2.  
2. q. 184. a.  
2. ad. 3.

q Deut. 6. 5.

Matt. 22. 37

1 Marc. 12.

30.

Luc. 10. 27.

2. 2. q. 44. a.

6. q. 184.

a. 2.

Bellarmin. 16.

n. o. 3. de Mo.

nach. 5. 17.

Præcepti  
Medium &  
Finis.

animogeneroso vult etiam consilia seruare, volat velocissimè, sequendo CHRISTVM, qui est secunda Sanctissimæ Trinitatis persona: & ei propterea secundus hic perfectionis gradus tribuitur. Nam ex sola misericordia dignatus est in mundum venire, vt nos redimeret; & vt infinitas gratiæ suæ diuitias ostenderet, voluit horum consiliorum Magister esse ac Prædicator: quæ cum prædicaret, dicebat: *n Ego autem dico vobis*, atque si diceret: attendite, quod ego sim, qui hæc vobis dico & suadeo. ego qui vester sum DEVS, o ego ipse qui per Prophetas loquebar, ecce adsum: ego, qui veni, vt vester essem Magister; meoque exemplo præcedo, vt vos me sequentes, idem faciatis, p *sitisq; Sancti sicut ego sum.*

Ex hoc fit progressus ad tertium perfectionis gradum, qui in præcepto- rum & consiliorum OBSERVANTIA, perfectissimo, quo fieri pos- sit modo, consistit. Vt enim res aliqua plenè sit perfecta, necesse est, omnes suas partes habere, ita vt nulla deit: & vt singulæ præterea eam habeant magnitudinem, intensiorem ac proportionem, quam earum exigit natura. Quare iserit perfectè Sanctus, qui omnia, quæ lex Evangelica præcipit, ac suadet, excellentissimo, quo poterit, modo exequetur, qualem exigit primum illud & maximum mandatum: q *diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, & ex tota fortitudine tua, & ex omnibus viribus tuis.* In quo præcepto ait Sanctus Thomas duo contineri: alterum, quod præcipitur omnibus, tanquam *medium* necessarium ad ingrediendum cælum: alterum, tanquam *finem & scopum*, quò dirigenda sit intentio nostra, dum exequimur, quod præcipitur. Quemadmodum si Rex capitaneum aliquem iuberet, arcem aliquam oppugnare; aut Medicum, curare ærotum: is non ad aliud eos intendit obligare, quàm vt conuenientia adhibeant media, vt, quod iussi sunt assequantur: Quod si, illis adhibitis, præcepti sine frustrentur, expugnatione scilicet arcis, & æroti sanitate non peccabunt in Regem, qui non voluit eos ad eum finem assequendum obligare: sed ad facienda quæcunque sciunt, & possunt, vt eum assequantur. Hunc itaque in modum in maximo hoc dilectionis mandato, quod omnibus præcipitur, est, vt omnibus viribus suis ita Deum diligant, vt nec contra ipsum aliquid; nec quicquam plus, aut æquè, atque ipsum Deum diligant. & qui in horum aliquo deficeret, is proculdubio præceptum ipsum violaret: at si hæc præstiterit, etiam si re ipsa non consequatur in hac vita finem, in quem ipsum præceptum dirigitur, non peccabit. qui finis exprimitur quatuor illis verbis: *ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente sue spiritu, & ex omnibus viribus.* Idem est enim atque si diceret: diliges Deum cum omni veritate, & intentionis synceitate; nihil præ-

ter ipsum quaerens; cum summa intentione & continuatione in ipsa charitate; non laxans, aut ex torpore à diligendo cessans; & cum tali tuae voluntatis ad amoris opus applicatione, vt in eo finem & quietem tuam ponas gaudeasque, quod diligas: cupies, ita quicquid tuus dilectus velit &, quicquid feceris, faciens ex amore. Denique cum diliges, applicando vniuersas tuas omnes facultates, vt in dilectionis exercitio te adiuuent. Memoriam, quae Dei praesentiae continuè sit memor: Intellectum, qui bonitatem eius & beneficia, quae ab eo proueniunt, intimè cognoscat; Imaginationem, quae in se efformet, gestetque viam eius imaginem; Appetitus sensuum, qui summa propensione afficiatur ad eum, quem imago illa refert; Sensus ipsos, qui proponant continuè rerum obiecta & motiua, quae amorem illum foueant; & reliquas facultates, quae obtemperent spiritui in omnibus, quae ille volet, ad laudandum, venerandum obediendum, & placendum dilecto suo, omnes vires suas in intendendo.

Quae perfectio (vt S. Augustinus aduertit) etsi ira plena non nisi in beatis inueniatur: proponitur tamè in hoc praeepto omnibus mortalibus vt nouerimus excelsissimum vocationis nostrae finem, in quem intentionem ac desiderium nostrum dirigere debeamus: dates operam, vt quam potuerimus proximè ad *tertium* hunc perfectionis nostrae gradum accedamus: qui tribuitur tertiae Sanctissimae Trinitatis personae, Spiritui S. videlicet: qui tanquam amor infinitus à Patre & Filio procedit: & vterque illum mittit. Iustisque communicat, vt eius praesentia, & inspirationis efficacitate animum resumant, ad huc amorem ad perfectum consequendum: quod semen diuinae vocationis non solum *tricesimum*, aut *sexagesimum*, sed *centessimum* etiam *fructum* proferat: quia non contentus quod praeepta seruet, & consilia quoquo modo amplectatur: omnem etiam conatum adhibet, vt cum omni integritate & perfectione id faciat.

§. 2. *Qua ratione omnes contendere debeant, ad tres praedictos perfectionis gradus peruenire.*

ETIAM SI perfectio haec adeo sit sublimis, vt praedictum est: vocationis tamen Christianae adeo insignis est excellentia, vt omnes aliquo modo teneantur ad eam perfectionem contendere. Cuius rei primum signum est, quod voluerit Christus D. N. vt ait S. Thomas: Sacramentum Confirmationis omnibus baptizatis, nemine excluso, conferri. Cum enim ipse cupiat, omnes saluos esse; etiam cupit, esse perfectos & plenitudinem recipere Spiritus sancti, qui in eo communicatur: nec dicuntur ita pleni esse, quemadmodum Christianismi vocationis exigit, nisi excelsam hanc perfectionem habeant. Et id ipsum etiam significat *vnctio*, quae fit cum charisma-

*Amor praecipi Spiritus sancti tribuitur.*

*Lib. de Spiritu Sancto. 6. vltim. & li. de perfecta iustitia. S. Bernardus. serm. 50. in Cant. S. Thom. 2. 2. q. 44. a. 6. & q. 184. a. 3. Mat. 19. 13.*

I.

*p. 72. n. 8*

Lib. 2. de  
Ecl. offic.  
c. 25.  
Vnctio Chri-  
smatis.  
Serm. de  
vnct. Chri-  
smat.

2.

1. 1. q. 108.  
a. 3.

Lib. de ser.  
Dom. in  
monte c. 9.  
& lib. 2. c. 4  
a Mat. 7. 24  
Perfectione  
seculares  
magis indi-  
gent.

Serm. de ab-  
dicat rerum  
Lib. 3. con-  
tra impug-  
nantes Reli-  
gionem.

3.

b Ma. 5. 43.  
Luc. 6. 36.

c Leuit. 19. 2.  
Sanctitatis  
nostra exem-  
plar Deus.

te ex oleo & ballamo confecto. Nam (quemadmodum ait S. Isidorus) omnes, magni & parui, in virtute huius Sacramenti unguuntur tanquam spiritualia reges & Sacerdotes, vt ad altissimam Christi imitationem ascendant: ita vt quemadmodum oleum cæteris liquoribus supernat, & balsamum est pretiosissimum reliquorum odororum: ita (ait S. Cyprianus) vnctio, quæ fit cum Chrismate, facit nos terrenis omnibus rebus superiores, cum quadam sanctitate; cælesti simillima.

Huc accedit, quod doctrina perfectionis Euangelicæ, eiusq; præceptorum & consiliorum tota sit (quemadmodum Angelicus Doctor dixit) in epitomen redacta in celebri illo Christi sermone, quem habuit in monte: qui non fuit dictus solis discipulis, aut gentibus, sed vniuersim omnibus Christianis: quemadmodum S. Augustinus ex generali illa sententia deducit, qua noster Seruator sermone illi finem imposuit: *a omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro Sapienti, qui edificauit domum suam supra petram: & omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui edificauit domum suam super arenam.* Cum itaque omnes Christiani teneantur dare operam, vt suam domum spiritualement ita ædificent, vt etiam oppugnata perduret: signum est, omnibus incumbere, vt totam hanc doctrinam audiant, & opere exequantur. Et, quemadmodum S. Basilius, & S. Chrysostomus perpendunt, coniugati & seculares magis opus habent custodia consiliorum, abnegationis, ingressus per angustam portam, & ædificij firmi domus conscientie suæ: quia eadem patiuntur impugnationes & conflictus, quos ipsi Religiosi, & in multo maioribus periculis versantur.

Quid verò dicemus de celebri illa sententia Christi D. N. in eodem sermone, quam ad omnes vniuersim direxit: *b estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est?* cum enim non dixerit: estote perfecti sicut meus Pater; sed, sicut Pater vester: indicat, se loqui de tribus diuinis personis, quæ sunt Pater vnus communis omnium: ad cuius imitationem inuitat; eamque omnibus, qui ipsius sunt filij per gratiam Baptismi, commendat. liquidem qualis Pater est, tales merito esse debent filij: non quidem æquè: quia id est impossibile; sed maxima similitudine, quæ filio sit possibilis. Antiquis solum dicebat *D E V S: c Sancti estote quoniam ego Sanctus sum*: at nunc dicit: *Sancti & perfecti estote, sicut ego Sanctus sum*: Sanctitate vestra meam tanquam exemplar ad imitandum accipientes. Non satis habeo, si dicam, vt sitis Sancti quemadmodum Patriarchæ, aut Prophetæ, aut quemadmodum Cherubini & Seraphini: quia hi omnes finitæ sunt ac limitatæ sanctitatis exemplar. quare id desidero, vt sitis perfecti in misericordia, & patientia, cæterisque virtutibus, sicut est Pater vester cælestis; qui

exem-

exemplar est perfectionis infinita. Ex hoc enim *duplex* ingens bonum ita-  
tus vestri proprium prouenit. *Alterum* est, vt toto vitæ decursu studeatis  
semper crescere in sanctitate, nullo ei constituto limite, cum enim ex-  
emplar ipsum sit infinitum: quantumcunque illum imitemini, remoti  
adhuc valde ab illo remanebitis. & propterea Sanctus Bernardus dixit:  
*modum diligendi DEVM, esse, sine modo & mensura diligere.* Nam (vt Sanctus  
Thomas ostendit) non potest charitas in hac vita terminum habere aut  
mensuram; & charitas ipsa eò propendet, vt semper vsque ad mortem cres-  
cat. *Alterum* bonum est: quod profundiores semper radices iacietis in hu-  
militate. Si enim exemplar est infinitum, quicquid in eius imitatione ob-  
tinueritis: quasi nihil erit, si cum eo, quod super est, comparetur. nec  
abijciendus est vobis animus, aut fiducia: siquidem is, qui ad hoc studi-  
um vos exhortatur; & vult, & potest vos iuuare, vt voti compotes euada-  
tis.

Quod ipsum etiam confirmatur ex eo, quod omnes Christiani iu-  
beantur, altissimam hanc perfectionem petere in ea oratione, quæ ma-  
gnis & paruis dicenda proponitur. Vnusquisque enim dicit in ea: *stat*  
*voluntas in aëre, sicut sit in celo.* Quod certum est signum, DEVM  
cupere, dare quod petitur, & omnibus expedire, vt id contendant  
obtinere.

Denique dilectionis DEI præceptum in omni ea excellentia,  
quam diximus, non fuit Patriarchis & Prophetis tantum propositum: sed  
toti populo Israel. quod idem nunc toti Christiano populo traditur, obli-  
gatque omnes iuxta modum, quo illud declarauit Angelicus Doctor cum  
Magistro suo S. Augustino, dicens: omnes teneri, non constituere termi-  
num fini proprio præcepti diligendi DEVM, ex toto corde, viribus &c.  
quamuis in medijs adhibendis possint illum statuere: Quemadmodum Me-  
dicus terminum & mensuram adhibet medicamentis, quibus ægrotus uti-  
tur, habita ratione complexionis ac debilitatis eius: sed nullam adhibet men-  
suram sanitati, quam adferre desiderat: debet enim desiderare, & procurare  
sanitatem in omni, qua poterit perfectione. Ita etiam DEVS non te ob-  
stringit, vt omnia media possibilis ad illi seruiendum adhibeas; quia ad sa-  
lutem consequendam sufficiet ea adhibere, quæ sunt omnino præcepta:  
sed obligat tamen te, ne directe terminum statuas, aut obicem aliquem  
ponas contra finem præcepti dilectionis, & contra Christianæ perfectio-  
nis studium. Qui tamen obex censetur poni ob prauam cordis disposi-  
tionem, quæ in his duobus actibus deprehenditur: alter est, dicas,  
etsi statuerim non admittere vllum peccatum lethale, ne DEI charita-  
tem amittam: nolo tamen sollicitus esse de peccatis venialibus, propter qua-

illam

Duo inde  
bona1.  
Iugis profe-  
ctus2.  
Lib. 3. de dili-  
gendo Deo.

Humilitas

4.  
Omnes per-  
fectionem  
petunt.5.  
2. 2. q. 184.  
a. 3.  
Lib. de per-  
fect. inst.  
tom. 7.Media mo-  
dum pati-  
untur, non  
finit.

Nolle veni-  
alia vitare  
aut consili-  
um amplecti  
malum est.

d r. Thef. s  
19.

c Eccl. 19. 1.

l. 2. q. 186.  
a. 7.

illam non amittam : Alter actus esset, si diceres : quandoquidem, vt ad  
cœlu mperueniam, satis mihi est ipsa præcepta seruare : nolo vllum ex con-  
silijs amplecti, nec DEVM ea perfectione diligere, quam ipsum exigit præ-  
ceptum. Hic actus omni dubio procul inordinatus est, ac vitiosus : nec po-  
test bonum finem sibi propositum habere : ocludit enim portam Spiritus  
S. inspirationi, ad consiliorum obseruantiam impellenti : ac propterea vo-  
ta contra ea edita non obligant : quale esset votum, nunquam dandi Elees-  
mosynam. & propterea hortatur Apostolus : d *Spiritum nolite extinguere* :  
suffocando scilicet bona desideria, quæ ipse inspirat ; aut obicem ponendo,  
ne illa inspiret. Deinde iste actus periculosus est valdè, præbetque occasio-  
nem non implendi ipsa præcepta : deserente scilicet ipso Domino eum, qui  
ipsius consilijs hac ratione resistit. In quem sensu dixit Ecclesiast. rus : *e qui  
spernit modica, paulatim decidet* ; scilicet in maioribus, & Sancti dicunt, eum  
qui statuit non progredi, hoc ipso retrocedere ; & vbi sistit, ibi deficere, &  
quasi in luto hæsitare. Nam, licet non teneris ipsam perfectionem habere,  
teneris tamen eam non despiciere, aut repellere. tunc autem eam despicias,  
quando animo deliberato statuis, te nolle eam habere ; & impedimenta po-  
nere ad eam repellendam. Quemadmodum ait S. Thomas : Religiosos, quos  
Instituti sui leges ad culpam non obligant, grauitè peccaturos, si eas con-  
temnant, statuentes nolle eas seruare.

## CAPVT. VII.

DEVM VOCARE EOS, QUI TENERAE  
sunt ætatis, in vt sanctitate, quam in Baptismo & Confir-  
matione accipiunt, proficiant, & crescant : &  
quanta perfectio illis commen-  
detur.

s. Thom. 3. p.  
q. 68. a. 4. &  
q. 72. a. 3. ad  
2.

Vide Suarez  
ibi. disp. 35.  
sect. 2.

a Mat. 20. 1.  
Homil. 19.  
in Euang.  
b Psa. 46. 6.

QVOD Ecclesia in more habet, Baptismum conferendi infan-  
tibus ante vsum rationis ; Confirmationem verò cum iam illum  
habent, inuitat nos vt ingens Christi D. N. desiderium declare-  
mus, quo ille tenetur, vocandi homines à teneris annis, ad ipsi  
cum perfectione seruiendum. Propterea enim voluit, se compa-  
rare cum sollicito patrefamilias, qui a exiit primo mane conducere operarios in  
in vineam suam : desiderās : (quemadmodu ait S. Gregorius) omnes homines  
à primo mane vitæ suæ incipere, bonam eã ducere proueniens & b *adiuuans*  
eos, vt dixit Dauid, *mane diluculo*, & ipso primo tempore, quo lux diei incipit

illis

illis illucescere. Tantumque fuit hoc eius desiderium, primo mane eos vocandi: vt, quod ex parte ipsius erat, operam dederit, eodem fauore homines prosequi, quo persecutus est Angelos: ita scilicet dandò illis naturam simul & gratiam, vt idem omninò momentum principium esset vitæ; & sanctitatis. Id enim fecit in paradiso erga primum hominem, eo animi decreto; vt, si is in gratia & iustitia originali, quam acceperat, persisteret, omnes eius posterii eandem essent habituri. Nec postquam ille peccato suo naturam infecerat, oblitus fuit ipse Dominus copiosâ suâ misericordiâ, quæ ex singulari priuilegio vsus fuit erga Virginem sacratissimam: quam in primo conceptionis suæ instanti sanctificauit, vt esset electa vt Sol, in quo nulla vnquâ fuit obscuritas. Ex speciali quoque fauore c *sanctificare* voluit adhuc in maternis vteris manentes, insignes duos Prophetas *Jeremiam* in lege antiqua, & *Magnum d Baptistam* in noua. Præter quos duos casus, ex ordinaria lege omnes homines nascuntur peccatores. Sed quamuis potuisset D.N. omnium iustificationem differre, donec ipsi ad ætatem discretionis peruenirent, & ad illam se præparent: voluit ex infinita sua charitate constituere Sacramenta, quibus in ipsa infantia iustificarentur: quod nunc facit baptismus, muniendo (vt ait S. Dionysius) & armando eos gratia & virtutibus supernaturalibus, vt ab ipsa infantia inciperent esse sancti, & ipsæ virtutes ita herent illis connaturales, vt esset illis facilè postea in eis perseverare. Habet verò aliam valdè singularem prouidentiam ad eos, noua uocatione primo mane vocandos: quando scilicet rationis vsus primùm incipit affulgere: præueniens eos cælestibus suis illustrationibus, vt naturali lumine fideq; infusa, quam habent, vtentes; pergant in innocentia & sanctitate, quam acceperunt. Deus. n. D. N. (vt S. Ioannes ait) est *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Et quoniam primus proprius hominis ingressus est per vsum rationis: tunc denuò illum illuminat, volens illum iuari & corroborari altero Sacramento, quod est Cõfirmationis: vt, felici pede in mundum ingressus, fugiat malum, & sequatur bonum, quod illi cum auxilijs, quæ ad id in eo conceduntur, innotescit.

§. 1. *Rationes diuinæ huius prouidentie.*

**A**D duos ordines reducere licet causas & motiua diuinæ huius prouidentie. quædam enim se habent ex parte charitatis ipsius DEI, cupientis perficere opus, quod in infantibus, quos in filios suos & milites accepit, inchoauit; ne excelsam ad eò dignitatem amittant, primoque congressu victi cadant: aliæ sunt ex parte ipsorummet infantium, ob periculum cui exponuntur statim atque ad rationis vsum perueniunt; nisi talibus auxilijs præueniantur.

NA mprimùm, quis non admiretur amorè, quo Christus D. N. paruulos

Infantes  
baptizandi

S. Aug. 1. d  
civ Dei c. 9  
S. Tho. 1. p.  
q. 62. a. 3. c.  
q. 95. a. 1.

c Jerem. 1. 5

d Luc. 1. 15

s. 2. de Eccl:  
Hierach.  
S. Thom 3.  
p. q. 53. a. 6.

Pueri con-  
firmandi.

c Ioan. 1. 9.



Marc. 10. 13.  
uc 13. 15.  
Matt. 19. 13.

Christus  
parulis de-  
lectatur.

2

Pro. 22. 6

Num. 20.  
2. 52.  
Leuita ab  
infantia  
numerati.  
d Ioel 2. 2.

Matt. 9. 17

3

Iob. 20. 31  
Lib. 15. Mo-  
ral. c. 5.  
Adolescen-  
tia neglecta  
induratur.  
g Gen. 8. 21.

prosequeretur; & que dixit, ac fecit cum eis: *offerentibus* (inquit S. Marc.) *illi par-  
uulos, ut iungeret illos. discipuli autem comminabantur offerentibus, ut eos remoueret: i-  
pse autem Iesus indignè tulit, quod discipuli faciebant, & ait illis: sinite, paruulos venire  
ad me, & ne prohibueritis eos: talium est. n. regnum Dei. Et complexans eos, & imponens  
manus super illos, benedicebat eos.* quo facto aperire voluit, quãto pere cum par-  
uulis & innocētibus infantibus delectaretur; quantoque desiderio teneretur  
eisdem in sua viscera immittendū, & potenti sua manu adiuuandū: ut  
sancti essent; replens illos cœlestibus suis benedictionibus, ut in omnibus  
virtutibus crescentes ad cœlorum regnum peruenirent.

NOUIT benè hic Dominus, recetia vasa diu retinere odorem, & saporem  
primi liquoris, què receperunt: ac propterea vult, infantes baptizari & cõfir-  
mari; ut in noua animarū eorū vasa, gratiæ ac virtutū liquorē infundat; ad-  
iuuetq; eorundē Sacramentorū subsidio, ut eos cõseruet. Nã ut Salomō di-  
xit: *b. adolescens iuxta viã suã, etiã cū senuerit, non recedet ab ea.* Huius etiã figura  
fuit, quod cū Deo iussisset, *c. numerari omnē summã filiorū Israel, voluit ex vndecim  
tribubus numerari à viginti annis & supra, qui possent ad bella procedere:* ex tri-  
bu autē Leui, qui diuino cultui in tēplo erãt dedicati, voluit numerari *ab vno  
mense & supra:* ut intelligeretur, quod ab ipsa infantia eos in suos accipiebat, &  
ut eū vitæ modū tūc inciperet, què ad finē vsq; vitæ essent habituri. Eodem  
quoq; spectat promissio ipsius Dei, quod in Euãgelica lege *d. effunderet spiritum  
suū* qui per hæc Sacramēta cõmunicatur *super omnem carnem, nō solū super  
senes, sed etiã super iuuenes:* implēs vasa carnis tãta copia gratiæ, ut ab ipsa infã-  
tia vsq; ad senectutē in ea perleuerarēt. Cū itaq; iuxta ipsius Saluatoris nostri  
sententiã, *e. vinū nouū in vtres novos sit mittendū, ut in eis cõseruetur:* plurimū re-  
fert, vinū dilectionis Dei, quod legis nouæ est, pprium, mitti in vtres novos in-  
fãtū & paruulorū, priusq; saporē aut odorē prauorū aliorū liquorū accipiãt.

QVId verò dicã de Sathanæ calliditate, qui etsi dormire videatur toto  
tēpore, quo baptizatus infans vsq; rationis caret: cū primū tamē is incipit  
apparere, accedit ad oppugnandū per se, & per nequã suos ministros, impro-  
bos sc. socios: ut hæc vasa frangere conetur in tenera illa ætate per culpã ali-  
quã lethale: ut gratiæ liquor, & charitatis vinū, quod continebant, effundatur,  
& hoc tanto subsidio destituti sensim in grauiora alia peccata præcipitetur,  
perseuerantes, & in peius proficientes vsq; ad senectã & mortē, iuxta dictū  
cuiusdã amici Iob: *f. ossa impiū implebuntur vitis adolescentiæ eius, & cū eo in pul-  
uere dormiet, nec gratis ossa nominauit: nã (vt S. Greg. aduertit) caro, eò quod  
sit mollis, & humida, & in exteriori corporis parte posita, facillè cõmodum  
aut detrimentū sentit ex eò quod tangit: ossa verò eò quod sint duriora, &  
ficca, carnibusq; ipsi opera tardiùs malum aut bonū recipiūt: sed postquã  
receperint, difficilius dimittunt.* In hūc ergo modū. *g. adolescentes instar sunt*

carnis

carnis mollis, *in malū ab adolescentia sua prorsus* qui vt facile vitiorum vulnera accipiunt, ita ab eis dē facile curantur. & (quemadmodum ait S. Basilius) infirmis mollis ceræ facile possunt viua virtutum imagine obfignari, quod si in deprauatis moribus ad tēpus aliquod progrediantur, ex carne fiunt ossa: indurescunt. n. in illis, & sensim vsq; ad ipsas medullas replētur peccatis valde internis; adeoq; radicatis, vt cum ipsis dormiāt in sepulchro. Nec ibi quidē illorum finis. cū. n. sint anime, quæ æterna est, sōnus cum ipsa descēdūt in infernum: q̄ fuit votū dæmonis ac desiderium: hac via cōtēdētis Ecclesiā & Christianā rempub. labefactare, vt dō ad id impiorum parentum opera: de quibus dicere licet illud Psalmi *h immolauerūt filios suos, & filias suas dæmoniis.* quemadmodum. n. crudelissimi Idololatæ filios suos iugulabant, & super aras torrebant, offerentes illos idolis in sacrificio: Ita hi occasione sunt filijs suis, vt à pueritia dedicēt se dæmonibus, cupiditatum igne inflāmari. quorū supplicium prædixit Ieremias, cū Dei mādato *egressus est ad vallem filii Ennō* in qua horrendum illud sacrificium fiebat: *accepit enim lagūculā siguli testē à senioribus populi & à senioribus Sacerdotū, & cōtrivit lagūculā in oculis eorū, monēs eo factō illos, quod Deus contereret populū illū, & ciuitatem illā, sicut cōteritur vas siguli, quod non potest vltra instaurari.* idque propterea ipsis euenturum, quod filijs suis causā fuissent, vt in grauiā aded scelera laborentur.

Quid itaq; faciat celestis Pater, cum paruulos istos qui per Baptismum eius sunt filij, viderit in tātis periculis cōstitutos? si viderit h *Draconem stantem ante mulierem* (quæ significabat Ecclesiā) *quæ erat paritura: vt cū peperisset filiū eius deuoraret:* quid in quā faciet, nisi in eius subsidium & protectionem mittere S. Michaelē, eiusq; angelos, vt rapiāt filiū eius ad DEVM & ad thronum eius: nam i *pulsillis* præcipuē, Angelos designat custodes; & ministris Ecclesiæ suæ committit, vt eos etiā defendāt: qui statim natum per Baptismum, Confirmatione corroborat, & nōnunquā ex gratia singulari efficaciter vocat ad suum obsequium, priusquā *malitia mutet intellectum & cor illius* ita vt de illo dici possit. *kosse eius implebuntur virtutibus, quas didicit in adolescentia sua & cū eo in puluere & sepulchro dormient.* perdurābunt enim cum eo vsque ad mortem, k & *sequentur illum* etiam vsque ad cælum.

IMPONAMVS finem memorabili illa Ieremiæ sentētia, *bonū est viro, cum portauerit iugū ab adolescentia sua.* quomodo. n. bonum nō esset ab ipsa infātia, Euāgelicę legis iugum portare, q̄ imponitur in Baptismo cum in se cōtineat omnia genera bonorū, vtile, delectabile, & honestū? qd est anime & corpori magis vtile? qd spiritui, & ipsimet carni magis delectabile? aut magis honestū aut sãctū toti homini interiori & exteriori q̄ ab ipsa pueritia sua hoc iugū portare? Et qnā maior felicitas esse potest, q̄ in hoc imitari virū omnium vitiorū, q̄ à primo luę cōceptionis instātū fuit vir, & & tulit hoc iugū, of-

Reg. 15. Fusi.  
Platus lib.  
3. c. 33.

Pf. 105. 37  
Parentes  
rudes in  
filios.  
Ier. 9. 1. 10.

4.  
k Apo. 12. 7.

i Mat. 18. 10

k Iob. 10. 11

k Apo 14. 13

5.

i Thre. 3. 27.

Bonum iugum Christi  
ab adolescentia.

feres se ad illud portandū vsq; ad mortē; & postquam in porticu Bethlehē natus est, die octauo voluit circumcidi, imponens sibi incomportabile legis antiquæ iugum: vt illi cum honore finem imponeret; nos verò exemplo suo permoueret, ad suauitatis iugum à teneris annis portandum: sic enim multò suauius nobis futurum siquidem onus à tenera ætate portatum, ipsa illud portandi consuetudine redditur multò leuius.

§. 2. *Quod adolescens debeat se leuare super se, vt perfectus euadat.*

a Thro. 3. 28

Leuare super se.

**V**ENIAMVS nunc ad illa perfectionis exercitia declaranda, quæ sunt propria adolescentum: quæ expressit ipse Ieremias, cū de eo, qui iugum portat ab adolescentia sua ait: *sedebit solitarius & tacebit: quia leuauit super se, ponet in puluere os suū, si forte sit spes dabit percutienti se maxillā saturabitur opprobriis.* Hæc regula est sanctitatis, quã adolescentēs vsq; ad ipsam senectutem seruare debet: accipientes pro principio & fine, quod Propheta vocat: *leuare super se.* Quod efficitur vocatio diuina præclaris quatuor modis.

1. Obedientia

b Mat. 6. 10.

c Luc. 10. 16. d i Reg. 3. 4.

2. Senectus morum Sermon. 1. in die Aposto. Petri & Pauli.

c Isa. 65. 0. Puer centum annorum.

a Sap. 4. 0.

3 Tob. 1. 4.

**P**RIMVS est **O**BEDIENTIÆ perfectæ: cuius iugum, si ab adolescentia sumatur, ceruicem domat *iudicii* proprii: & propria *voluntatis*; efficitq; vt spiritus super vtrumq; ascendens, eos calcet ac proculcet; faciatq; obedire, & subijcere se Deo, modo quodã plus quã humano: ita vt: quemadmodum ipse Saluator docuit) homo adhuc viuens *b in terra*, eleuet se, *ad voluntatem* diuinã exequendã cū ea excellẽtia & perfectione, qua, qui sūt in cælo eã exequuntur. & eodẽ modo efficit vt parētib; obediãt, Pædagogis, Magistris, ceterisq; Prælati, & superioribus: eleuãs spiritū, vt eos nō tanquã homines intueatur, sed tanquã Dei locū tenētes: qui de eis dixit: *c qui vos audit, me audit.* Et cū cepit agere cū d *Samuele* puero, quater eū *vocauit* voce valdẽ simili voci Magistri & Prælati eius Heli, vt intelligeret in posterū: vocẽ, quæ videtur esse Prælati esse vocẽ Dei; & vt tali obediẽdū esse. quẽ admodū c. 9. Fusi<sup>o</sup> dicitur.

**H**INC oritur **secundus modus**, quo se adolescens eleuat super se vt sit inquam, plus quã adolescens; non ætate, sed sanctitate ita vt cū sit ætate puer, sit virtute vir & sentiens in se (vt ait S. Bern.) iuuenilis ætatis æstus, accendat ad grauitatem moresque seniorum. abijciens scilicet quod erat; & assumens quod non erat, per virtutem diuinæ vocationis ipsum præuenientis, & ad id adiuuantis. Nam quemadmodū dæmon habet aliquos ætate quidem senes, sed moribus iuuenes: de quibus dicit Isaias, quod *e peccator centum annorum maledictus erit*: ita **D**EVS Dominus noster vult multos habere: qui, cū ætate sint pueri, sint moribus senes. Propterea enim dixit Sapiens *fatatam senectutis esse vitam immaculatam*, qua adolescens affurgit ad opera & exercitia gloriosiora, quã atas & vires eius exigunt. sicut de S. Tobia dicitur, quod *g cum esset iunior omnibus in tribu sua, nihil tamen puerile gessit in opere*: quia in omnibus se virum ostendebat perfectum. Omitto

extraordinaria Dei erga aliquos prauæ ætatis studia, quos super se ipsos ad officia senum eleuauit: quales fuerunt Samuel, Ieremias, Daniel, & S. Iohannes Baptista, alijque multi Sancti: qui à tenera ætate tales esse cœperunt, magnis præuenti benedictionibus dulcedinis. Nec desunt nunc, qui illos imitentur: cum videamus innumeris iuuenes in statibus Religiosis, qui eleuant se ipsos super se ad senum perfectionem, adhibito studio *mortificationis*: cuius finis est, hominem ita supra se eleuare, vt seipso, suisque affectibus superior euadat: abnegans quod ex deprauata sua natura habet, vt incipiat esse vir alius, & plus quam homo per gratiam.

Ex hoc sequitur *tertius modus* se eleuandi quotidie super se, addendo scilicet aliquid virtutis in hoc die supra id, quod in proximo habebat: ita vt, quemadmodum quotidie crescens ætate, diem vnum alteri adijcit; sic in virtutibus crescat, nouum adijciens augmentum supra id, quod antea comparauerat: quemadmodum de Salvatore nostro dicitur, quod *h proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines*. Nam prout ætate crescebat, ita præbebat indicia crescendi in sapientia & sanctitate, quibus tamen semper erat plenus: vt exemplo suo nos doceret, quos in tenera ætate vocat. quod quemadmodum corpus quotidie crescit & ascendit super id, quod prius habebat; ita par sit, spiritum crescere, seque supra se ipsum eleuare, & multò amplius quam ante esset: dando operam, sicut Apostolus dicebat, vt, *iqua retro sunt obliuiscatur, ad ea vero, qua sunt priora, extendat seipsum*: ( quasi sese erigens, & extremis pedum digitis innitens, suam staturam longiorem faciat, vt aliquid apprehendat, ad quod in altiori loco constitutum, nisi ita se attolleret, non posset attingere ) nouos semper perfectionis gradus acquirendo, supra eos, quos prius habebat. *k disponens* ( vt ait Dauid ) *ascensiones nouas in corde suo; vt, dante legislatore benedictionem, eat de virtute in virtutem: donec videat Deum Deorum in Sion.*

Ad hoc autem confert multum *quartus modus*, se leuandi super se: quem diuina gratia in oratione largitur. quæ oratio ( teste S. Iohanne Damasceno ) est ascensus quidam spiritus in Deum: cuius virtute ascendit orans supra seipsum, & super omnia creata: eleuando suam memoriam, intellectum, & voluntatem, vt fixæ eas in Deo collocet. Ex quo prouenit, vt sese eleuet supra id totum, quod caro est, viuaturque tanquam spiritus; qui etiam sese leuat supra naturam hominis, vt vitam ducat Angeli. siquidem in terra id ipse facit, quod Angeli in cælo. Qui ascensus alis fit, quas postea indicabimus. Refert verò plurimum, quemadmodum in ætate tenera discitur loqui, & agere cum hominibus: ita sensim discere, loqui & conuersari cum Deo: cuius aures attendunt ad orationes infantum: eò quòd sint innocentes, humiles, & mites: ideoque orantibus magna consuevit beneficia largiri, quæ-

*Mortificationis.*

*3.  
Profectus  
spiritus.*

*h Luc. 2. 52.  
Simile quid  
dicitur de  
Samuele,  
1. Reg. 2. 26.*

*i Phil. 3. 14.*

*k Psal. 83. 6.*

*4.  
Lib. 1. de  
Fide c. 14.  
Oratio.*

*Maxime  
infantum.  
1 Gen. 2. 17.*

admodum exaudiuit vocem pueri *Ismaelis*, qui siti premebatur: inquit enim iu-  
um *Angelum*, qui de aqua ei prospiceret: hoc facto significans, quantum ipse  
desideret, sitim puerorum extinguere, eorumque bona desideria implere.

§. 3. *Septem virtutes, per quas adolescenti sit ad hanc perfe-  
ctionem ascendendum.*

**V**T perueniat adolescens ad sublimem aded prædictam perfectionem,  
ascendendum ei est per gradus septem virtutum, quas *Jeremias* a *sef-  
sionem, solitudinem, silentium, humilitatem* vsq; ad *puluerem, spem cum timore,  
mansuetudinem* in flagellis, & patientiam in opprobriis appellat, quas tamen  
non assequetur perfectè, nisi *leuet se super se*.

PRIMA virtus est QUIES siue sessio corporis, quam efficit ille b *spiritus*, quæ  
S. Petrus *quietum, modestum, & in conspectu Dei locupletem* appellat, & homi-  
nibus placentem, quemq; Propheta verbo illo *sedebit* expressit: quod signi-  
ficaret: quamuis adolescentes soleant naturâ esse inquieti, mutabiles, in cõ-  
stantes, & facillè se ad varia effundere, à passionum suarum impetu deductos,  
vt sensuum suorum curiositatem foueant: gratiam tamen diuinæ vocationis ip-  
sos eleuare supra se, quietosq; reddere, tranquillos, stabiles, constantes, &  
recollektioni addictos: vt ad Magistrorum suorum pedes sedentes, ab eis do-  
ceantur, & ad Christi pedes, internam in oratione doctrinâ eius percipiant:  
exequentes Apostoli consiliû, dicentis: *rogamus vos fratres, vt operam detis,  
vt quieti sitis, & vestrâ negotium agatis*. quodnam autem magis proprium ad-  
olescentum negotium est, quam seiplos supra se eleuantes, iuueniles suas  
propensiones & impetus mortificare, animasq; suas virtutibus exornare?  
In hoc tam proprium negotium suum debent magna cum quiete incumbere:  
non tantû faciendi reliqua, quæ huius comparatione tanquam aliena  
sunt habenda. Et quemadmodum inquietum & impatiens animal cum yri-  
mum ei iugum imponitur, conquiescit; & *navis* in turbato mari, anchora iac-  
ta firmatur: Ita (ait S. Gregorius) cor inquietum & tumultuosum conqui-  
escit, suscepto iugo *obediencie*, iactaque anchora *timoris Dei*, & pœnæ: de  
quo dixit *Jeremias*: *d solus sedebam, quoniam comminatione replesti me*.

Ex hac quiete, siue sessione ascenditur ad secundum gradum, scilicet  
SOLITUDINEM, quæ à mala societate se subtrahit, eamque repellit. Sed  
quemadmodum duplex est praua hæc societas: altera exterior, hominum  
scilicet ad malè faciendum inuitantium, interior altera, prauarum cogita-  
tionum & affectionum corda ipsa perturbantium: Ita duplex est bona so-  
litudinis: altera *corporis* exterior, altera *spiritus* interna; & vtramque meritò  
amplectetur adolescens: fugiens quemcunque hominem impediens &  
auertentem ipsum à portando iugo, cui se subdidit: etiamsi pater sit, fra-  
ter, aut amicus rã sibi necessarius, atque est pes proprius, aut manus: debet

enim

a *Thren.* 3.  
28.

I.  
b *1. Petr.* 3, 4  
*Quiet.*

c *1. Thess.* 4.  
11.

*Obedientia  
& timor  
Dei faciunt  
quiescere.  
Lib. 16. Mo-  
ral. c. 27.*

d *Jerem.* 5.  
17.

2.  
*Solitudo  
duplex.*

I.  
*Corporis.  
Amalis so-  
cij.*

enim illos deserere; & si scandalo ipsi sunt, amputare: prætat enim solū vi-  
uere, quā cum huiusmodi socijs; & solum ascendere in cælum, quā cū  
eis in infernum descendere. Quamobrem DEVS zelum e Sare approbavit,  
separans filium suum Isaac à societate Ismaelis, filij quidem Abrahami, sed ex  
Agar Ægyptia: eò quòd vidisset Ismaelem cum Isaac ludentem, pueriliter qui-  
dem; sed quòd in eo lusu (vt ait S. Hieronymus) Ismael infereret idolula ali-  
qua, & alia minus decèria: timuit ne Isaac puerulo aliquid ex malis illis mo-  
ribus adhæresceret. Præter hæc autem interdum meritò eligeret adolescēs et-  
iam corporis solitudinem, *intrans* (vt dixit Saluator noster) *in cubiculum su-  
um, vt clauso ostio, cælestem Patrem suum oret in abscondito*, ac de rebus æternis  
meditetur. Rarò enim oratio iustum leuat super se, nisi secreta illa sit, & se-  
orsim ab alijs. Non se *g transfiguratur Christus, nisi in monte, & seorsim*: nec Iacob  
regnum Dei videt, nisi in solitudine. ac propterea locum illum appellauit *h  
domum Dei, & portā Cæli*. Sed, vt hæc corporis solitudo vtilitatem afferat, ne-  
cesse est, etiā spiritum solū esse: nec admittere cogitationū & curarū huius se-  
culi societate: In hac enim spirituali solitudine DEVS loquitur ad cor. O san-  
cta anima (ait S. Bernard.) sola esto, vt soli omniū serues te ipsam, quem ex om-  
nibus tibi elegisti. fuge publicum, fuge & ipsos domesticos: secede ab ami-  
cis & intimis; etiā ab illo, qui tibi ministrat. an nescis, te verecundum habere  
sponsū; & qui nequaquā suā velit tibi indulgere præsentia, præsentibus ce-  
teris: secede ergò, sed mente, nō corpore; sed intentione, sed deuotione, sed  
spiritu: quanquā & corpore interdum nō ociosè te separas cupiens soli Deo  
placere: cū solo agere; nec tunc admittere aliquē alium, qui à iucunda cum eo  
familiaritate te separet. Quod si feceris, nunquā eris melius associat⁹, quā  
cum hoc modo solus eris: Habebis enim dulcium cogitationum & affectu-  
um optimum comitatum: quos præsentia suā Dominus ipse largitur, officii-  
um obiens comitis, & ad consolandum & animandum eum, qui solus est.

Ex hoc gradu ascenditur ad tertium, qui est SILENTII: quo lingua  
frenatur, ne verbum aliquod contra Dei legem loquatur: cuius iugum non  
potest cum mala lingua habere consortium, de eo enim dixit Ecclesiasti-  
cus: *i Beatus qui tectus est à lingua nequam, & qui non attraxit iugum illius, & in  
vinculus eius non est ligatus: iugū enim illius, iugum ferreum est: & vinculum illius,  
vinculum æreum est*. Et quoniam adeò est graue, non permittit eleuari caput,  
nec se eleuare super se, vt Christum imitetur. Sed præter hæc debet etiam a-  
dolescens perfectius aliud silentium amplecti, quod refrenat verba nimia,  
etiam de rebus bonis: vt monitis acquiescat eiuldem Ecclesiastici dicentis:  
*k audet acens, & loquere in tua causa vix & quasi coactus; moderando tua  
verba tribus circumstantijs valdè strictè: in propria scilicet causa, vbi id  
necessitas exigit; & tunc breuissimè. & si fueris interrogatus de re quāpiam,*

expecta,

e Genes. 21. 9.

De Tradition. hebrai  
in Genes. &  
Lyra, ibid.

f Matt. 6. 6.  
Subindo ab  
omnibus.

Osea 2. 14.  
Ducam eā  
in solitudi-  
nem, & lo-  
quar ad cor  
eius.

g Matt. 17. 2  
h Gen. 23. 17  
Serm. 70. in  
Cantic.

cc

2.

cc  
Spiritus, à  
vanis cogi-  
tationibus.

cc

cc

cc

3.

Silentium.  
i Eccles. 28.

3.

A malis &  
nimijs.

k Eccles. 32.  
9.

Habeat ca-  
put responsi-  
uum.

Coll. 14. c. 9.  
Tres loquē-  
di circum-  
stantia.

Lib. 7. Mo-  
cal. c. 25.  
Silentium  
cordis.

4.  
Humilitas.  
Corporis &  
Mentis.

Quadru-  
plex Pulvis.

1 Gen. 3. 14.  
1 Isaia. 65.  
25

5.  
Fiducia  
eum inuore.

expecta, vt *secundo* interrogeris: vt sic appareat, quàm illibenter loquaris, quod si aliquo capitis signo poteris satisfacere, verba deuota. Hæ omnes exaggerationes indicant, quàm arctum silentium deceat teneram ætatem: hunc enim, ait Cassianus; esse primum disciplinæ Christianæ ac Religiosæ ingressum; mediumque efficacissimum, ad se eleuandum supra se. quemadmodum enim *agua* in angusto vase compressa, supra se ipsam eleuatur, in altum ascendendo: ita (ait S. Gregorius) anima, quæ silentio se stringit, supra se ascendit: crescendo in virtutibus & contemplatione rerum cælestium. Necessè tamen est exteriori linguæ silentio interius cordis silentium adiungere: imaginationis garrulitatem reprimendo; quæ, cum homo solus est, solet secum, & cum absentibus colloqui. imò interdum ipsa est effusior in loquendo, cum lingua minus loquitur; iudicatque eos, qui loquuntur; & intra se ipsam eis obloquitur, & inuehitur. Stude itaque, vt spiritus tuus tēpore recollectionis, si non potest ita solus esse, vt importunas imaginationes socias non habeat, saltem obsurdescat, & obmutescat, non præbendo illis aures, nec illas curando, aut similia earum colloquia fouendo: sed attende solùm, vt Deum audias, & colloquaris cum eo.

VT autem spiritus HUMILITATIS appareat, quem in his exercitijs debet adolescens seruare, addit Ieremias: *ponet in puluere os suum*. quasi diceret, sedebit non in throno alto, sed in puluere, quo obturabit os suum, ipsum infigendo terræ; seque supra se ipsum eleuabit, non arroganter, quasi multum sibi tribuens; sed demissè, vt qui cor suum in cælo habens, os ponat in terram, reuerenter se prosternens etiam vsq; ad illam osculandam: multò verò magis *spiritus* oculos, eiusque os in puluere ponet, considerans ingentes *quatuor* miseras, quibus summersus est, & implicatus. in puluere scilicet, ex quo fuit initio *formatus*; & in eo in quem in sepulchro est *conuertendus*; in puluere *mutabilitatis* & in constantiæ, quam ex se ipso habet; ac denique in puluere *culpa*, quam libro suo arbitrio deuorat: cuius causâ dignus est, qui & ipse cedat in escam Serpentis, de quo dictum est. *1 terram comedes cunctis diebus vite tuae*: ac propterea *in panis eius est pulvis*. quibus quatuor considerationibus solidum iacies fundamentum veræ cognitionis tui ipsius. Quamuis enim DEVS te supra id quodes attollat ad tertium vsque cælum: decet te ipsum demittere, ac descendere ad minus, quàm nunc sis, vsque ad abiectionem pulueris, & abyssum nihili, quod prius fuisti & postea eris. tunc enim erit securior exaltatio, cum huic demissioni imitetur, & coniungetur.

Ex quo prouenit, vt Spiritus hic humilitatis & demissionis FIDUCIÆ virtutem in sociam sibi asciscat, cum aliquo tamen TIMORE coniuuetam. & propterea Ieremias cum dixit: *ponet in puluere os suum*, adiecit,

si FORTE

si FORTE sit SPES. humilitas enim vera, etsi non deficiat animo, aut timida sit: nunquam tamen ita fiduciam amplectitur, vt perfectam in hac vita habeat *securitatem*. Nam quamuis misericordiam diuinam aspiciendo, magna sit confidendi occasio: aspiciendo tamen imbecillitatem nostram, magna est occasio timendi: eoque securior erit ipsa fiducia, quod magis est *cauta*. Ideo enim Sapiens dixit: *n beatus vir; qui semper est pauidus.*

CONCLVDIT tandem Propheta virtutum numerum, quem posuerat; exprimens duas illas heroicas verbis illis: *o dabit percutienti se maxillam: satirabitur opprobriis*: quasi diceret: insignis & singularis erit in quadam mansuetudine, & patientia adeo heroica: vt, si vel pater vel amicus, ipsum percutiat, & puniat, aut reprehendat ad correctionem; aut inimicus percutiat, aut male tractet ad afflictionem: non solum non viciscatur, aut indignetur; sed potius statim *p maxillam suam praebeat volenti ipsum percutere*: iuxta consilium quod in hoc genere CHRISTVS Dominus dedit. Ad cuius virtutis experimentum diximus superius: Episcopum post Confirmationem percutere maxillam Confirmati, vt memor sit mansuetudinis & patientiae, qua huiusmodi iniurias debeat in posterum ferre.

VLTERIVS autem eius perfectio merito progredietur, ita vt opprobria & ignominia cibi sint ipsi ac deliciae, quibus oblectetur: quemadmodum famelicus solet, cum cibum sumit, donec saturetur; ita vt nec ob timorem fugiat opprobria nec ob tedium illa reiiciat; aut cum rancore ferat, aut eorum inappetentiam ostendat: nec propterea quodd multa sint & frequenter eueniant, defatigetur: sed corde generoso ac strenuo, omnia quaecunque occurrerint, amplectatur: donec suum desiderium eis sustinendis satiet; felicem se reputans, quando illa plurima erunt: vt Saluatori suo, qui verè fuit semper plenus, & saturatus opprobrijs similiter euadat. Ne quis tamen animum abijciat, cum oculos conijcit in sublimas adeo & praeclaras excellentias in hoc & proximo capite positas: subijciemus nunc media interna & externa, quae diuina vocatio ad eas consequendas nobis offert.

(:·)

*Non secura  
nisi cauta.*

*n Prou. 28.*

14.

6.

*o Thren. 3.*

30.

*Patientia.*

*p Matt. 5. 29*

7.

*Gaudium  
in tribulationibus.*



RECENSENTVR INTERNA MEDIA, QUIBUS  
 Spiritus S. iustos fouet; vt crescere & perseverare possint  
 in perfectione; quam in Sacramento Con-  
 firmationis profitentur.



QUONIAM in Sacramento Confirmationis diximus dari plenitudinem Spiritus S. vt ascendant iusti ad Christianæ perfectionis fastigium, & in ea sint firmi & stabiles: opera pretium erit; modos & rationes explicare, quibus ad id adiuuet peringentia dona, quæ largitur; & feruentes inspirationes, quas communicat: quibus dormientes excitat, torpentes extimulat, animo deficientes consolatur, & novos spiritus feruentibus addit: quibus modis & rationibus, vitæ huius spiritualis ducem se præbet ac gubernatorem, indicans illis bonum, quod sequantur; adiuuansq; vt id faciant, & ita in omni genere virtutum perfecti euadant: in oratione, in mortificatione, in dilectione Dei & proximi, in familiaritate cū Christo D. & in consuetudine cum proximis; & vniuersim in actibus vitæ actiue & contemplatiue; quarum effigiem in ipso sacro Chrismate expressam habemus. Nam quemadmodum illud conficitur ex oleo & balsamo, ita Christiana & perfecta vitæ, opera cōplectitur *penitentia & misericordia*, quæ per oleū significantur; eod quodd nostris vulneribus medeantur, & proximorum miserijs subueniāt: opera item *Orationis & contemplationis*, quæ per fragrans & pretiosum balsamum propterea quodd in oculis Dei magni fiant, & insignem coram Angelis & hominibus fragrantiam exhalent. Et quemadmodum necesse est, vtramq; rem ab Episcopo benedici, vt apta materia esse possint Sacræ vnctionis: ita etiā est necesse, vt hæc opera confirmet nos, & in sanctitate perficiant: benedictionem Dei nos præuenire, & in eis adiuuare; & Spiritū S. qui est vnctio inuisibilis, eas comitari, sanctisque suis inspirationibus dirigere ac gubernare: Nam absq; ipsius auxilio & directione, nec in his, neq; in illis vel ad vnum passum progredi licebit. quemadmodum mirifice proponitur in mysticis illis a *quatuor animalibus*, quæ curram gloriæ Dei trahebāt, *habebantq; quatuor facies, bovis sive vituli, leonis, hominis & aquilæ, & vnumquodq; quatuor alas*: quæ tamen nec ambulabant, nec volabant pro libitu, quo volebant sed *sequebantur impetum spiritus* ad eod cōstanter, vt non redirēt retrō, nec separarent se ab eius lateribus; idq; faciebant *in similitudinem fulguris coruscantis*: vt intelligeretur, iustorum congregationem per quatuor hæc animalia (vt S. Ambros. ait) indicatam, pro duce habere Spiritus S. motionem & inspirationem, iuxta illud Apostoli: *b quicumque spiritum Dei aguntur, sunt filii Dei. Qui spiritus nō fa-*

Oleo & balsami signifi-  
 catio.

S. Thom. 3.  
 p. 9. 72. a. 3.

Vnctio S.  
 Spiritus.

a Ez. 6b. 1.  
 Eccl. 49. 29  
 Apoc. 4. 7.

Lib. 3. de  
 Virg. ad fi-  
 lo Rom. 8. 1

tis habet, quod virtutu habitus & supernaturalia dona filijs Dei largiatur: sed ipsemet per se ad eorū vsū eos permouet, ac impellit: sicut iā explicabitur.

§. 1. *Quatuor virtutes Cardinales.*

**P**ro fundamento est aduertendum, ex S. Thoma, quatuor, præcipuas esse in homine facultates siue potentias, virtutū capaces: duas in parte inferiori animæ, appetitum scilicet *concupiscibilem* & *irascibilem*; & alias duas in superiori spiritus parte, *voluntatem* scilicet & *intellectum*. Quæ facultates, quoniam propensiones aliquas habent distortas valdè, Christianæque perfectioni cōtrarias, infundit illis Deus, simul cum gratia sua & Charitate, supernaturales morales virtutes, quæ eas moderentur ac iuuant, ad proprios actus perfectissimè exercendos. Quæ licet plurimæ sint, ad quatuor tamen illas, quas Cardinales vocamus, oēs reducuntur. *Temperantiam* scilicet siue a *sobrietatem*, fortitudinem siue *virtutem*, *iustitiam* & *prudenciam*. **TEMPERANTIA** residet in concupiscibili appetitu, coercens inordinatas eius affectiones, & propensiones ad voluptates ac delicias, quibus sensus recreantur: huic vt sociæ adhærent *Abstemtia*, *Castitas*, *Clementia*, & *Modesia*. **FORTITUDO** timores moderatur, & passiones partis irascibilis; magnoq; & intrepido animo res magnas diuini obsequij aggreditur: Ad quod eam iuuant *Patientia*, *Manuetudo*, *Magnanimitas* & *Constantia*. **IUSTITIA** coercet propriæ voluntatis inclinationes, quæ cum rerum propriarū magnam rationē ducat nihil curat alienas: Iustitia aut efficit, vt cuiq; det quod suum est: in quo eā iuuant *Religio*, quæ Deū colit ac veneratur; *Pietas* in parentes; *Obedientia* erga maiores; *providentia* in subditos; & *gratitudo* in benefactores: Deniq; **PRUDENTIA**, quæ residet in intellectu, reliquas virtutes gubernat, mediūque præscribit, quod in suis actionibus tenere debeant. Et oēs has quatuor virtutes (ait S. Ambros.) significari per quatuor illorum animalium facies. vnusquisq; enim iustus debet prudentiā esse *homo*; fortitudine *leo*; temperantiā *bos*; & aquila iustitiā. Et (quemadmodum S. Gregor. insinuat) debet se ratione, vt *hominem* decet, gubernare; & in periculis ac persecutionibus tanquam *leo* esse cōstans; debet *vituli* figuram induere, vt sacrificetur, carnemque suam mortificet; *aquila* verò mores induere ad colendum & honorandum **DEVM** & proximo commiserendum. debet esse in electione mediorum *prudens*; in executione *fortis*; in rebus proprijs *sobrius*; & in alienis *iustus*. Et quemadmodum quatuor ille facies, etsi essent quatuor animalium valdè inter se distantium, vnitæ tamen erant in vno eodemque corpore, cum magna mutua conformitate, vnumquodq; in suo loco & statione: (Nam b *leonis* & *hominis* facies erant à dextris, facies autem *bovis* à sinistris, facies porro *aquile* desuper illorum quatuor) ita hominis facultates, etsi aliquo modo sibi inuicem repugnent, ob carnis cōtra spiritū rebellionem,

1. 2. 9. 56. a.  
4. 6. 6.  
9. 57. a. 1.

1 Sap. 8. 7.

Temperantia.

Fortitudo.

Iustitia.


Prudentia.

Lib. de Virginit. ad fin.  
Hom. 41. in Ezech.

Quatuor animalia.

Exec. 1. 10.

ple.  
per.  
reti.  
per  
uas  
lefi.  
ra.  
ans  
ere  
Dei  
nis;  
plo  
nci.  
pa.  
eri.  
&  
in  
an.  
be.  
ne.  
os  
co.  
i.  
o.  
or  
bo.  
en  
ve.  
la.  
r,  
(t)  
il.  
fa.  
a.



Fortitudo  
prudens  
iungatur.

Temperan-  
tia à fini-  
stris.

Iustitia  
desuper.

1c Ephes. 6.  
13.

1d Ezech. 1.  
9. 12.

1Thomil 3. &  
4. in Ezech.  
1c Prou. 4. 25  
Ambulare  
ante faci-  
em suam.

1. 2. 9. 58. a. 2

1Psal. 83. 8.

per gratiam tamen valde inter se conueniunt, & conformes sunt, cum magno harum virtutum ornamento & perfectione. Et quamuis omnes sint colligatae, aliaque alias in suis actionibus iuuent: In particulari tamen coniunguntur ad manum dexteram fortitudo & prudentia. Nam fortitudo sine prudentia esset furiosa; prudentia vero sine fortitudine debilis esset & laxa: vtraque tamen coniuncta res magnas aggrediuntur; omniaque dextere & felici euentu perficiunt. Ad sinistram vero consistere debet Temperantia, quae temporalia bona & voluptates collocat in secundo loco, adhibens illa quatenus ad aeterna bona consequenda media sunt & quasi viam sternunt. At iustitia desuper esse debet, & aquila instat super res omnes volare: vt Deo reddat, quod est Dei; & proximo, quod est eius. Haec sunt militiae spiritualis nostrae arma, quae omnibus iustis in Baptismo conferuntur, & augentur in Confirmatione: De quibus dixit Apostolus. *Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere malo, & in omnibus perfecti stare.* Prudentia enim armati, Sathanae fraudibus resistetis: induti fortitudine reijcietis periculosos eius congressus; Temperantia, nimis vestris cupiditatibus; Iustitia, amoris proprio vestrarum commoditatum obuiam ibitis: & omnibus quatuor instructi, eritis in vestris actionibus perfecti; si eas tanquam duces sequemini, quae propterea facies appellantur. Quare valde mystice locutus est Propheta, cum de ipsis animalibus dixit: *Unumquodque ante faciem suam gradiebatur.* significare enim voluit: iustum (quemadmodum S. Gregor. aduertit) semper debere ambulare coram seipso, vt vias suas bene perspectas habeat: sicut consultat Sapiens, dicens: *Oculi tui recta videant, & palpebra tua praecedant gressus tuos: ambulabis autem semper coram facie tua, si in delicijs feceris, quod temperantia dicitur; in periculis id ad quod impellit fortitudo; in negotijs, quod iustitia docet; & in consilijs, quod prudentia suggerit: oblitus praeteritorum, & semper futura prospiciens; vt ad ea perficienda acceleres.* Sed quis hoc totum praecipue facit, nisi Spiritus S. inspiratio, quae virtutes & actiones suas exerit? Nam (vt S. Thom. ait) humanae rationis vis & facultas breuis est, & exigua; deoque diuina illustratione, quae illam adiuuet, opus habet. Et quoniam in hac vita participamus supernaturales virtutes modo quodam imperfecto indigent illae speciali diuinae inspirationis auxilio; quae cum Temperantia, passiones domat; cum Fortitudine, vincit timores; cum Iustitia omnia explet, quae ex obligatione incumbunt; & cum Prudentia liberat a fraudibus, rectaque iudicia proponit. Illa denique efficit, vt crescant omnes & perficiantur: *vt iustus eam de virtute in virtutem donec videatur.* DEVS deorum in  
Sion.

§. 2. *Actiones vite contemplatiua.*

**V**T hæ virtutes ad suæ perfectionis fastigium ascendant, tribuit Deus Iustis, vite contemplatiua alas, significatas, vt S. Gregorius ait, per quatuor alas mysticorum horum animalium. Nã quemadmodũ aues alis eleuantur in altum, ita iusti quatuor illis Spiritus donis, quæ Ilaías appellat a *Spiritu* SAPIENTIÆ & I N T E L L E C T V S, *Spiritu* SCIENTIÆ & CONSILII ; & quatuor actionibus, quas S. Bernardus appellat, LECTIÖNEM, MEDITATIONEM, ORATIONEM, & CONTEMPLATIONEM, seipfos supra se attollunt, ad familiaritatem & consuetudinem suam in cœlo habendam. Hoc ipsum tamen præcipuè efficiunt quatuor insignes cognitiones : DEI scilicet TRINI & VNIVS, omniumque magnahum, quæ in seipso habet : IESV CHRISTI Saluatoris nostri, & omnium, quæ ipse fecit, ac passus est pro nostro remedio & exemplo: NOSTRI ipsorum, omniumq; miseriarũ nostrarum, siue illæ ex corrupta nostra natura, siue culpa nostra proueniant, tam in corpore, quàm in anima; ac denique cognitio omnium CREATURARVM, quæ sunt quædam DEI beneficia, in nostrum subsidium, & reliquorũ mediõrum, quæ nobis est elargitus, vt perfecte illi seruire, & salui esse possimus. Quibus cognitionibus admirabiles respondent affectus amoris, laudis, gratitudinis, obedientiæ, imitationis, & humiliationis propriæ: qui stupenda quadam harmonia alij alios prouocant, aliosque multos excitant. ita vt in his affectibus locum habeat (iuxta mentem S. Gregorij) quod idem Prohera dixit, quod b *ala animalium altera alteram percutebat*, quo significabatur emulatio sancta, quã ipsæ virtutes in vnoquoq; Iusto habent: & ipse S. Gregorius, *Ala*, inquit, *in nobis alam percudit, quia virtus virtutem excitat, dum vna alterã ad perfectionem pulsat.* Ala cognitionis DEI percudit alam cognitionis propriæ: vt hæc profundior sit, & ala propria cognitionis percudit DEI cognitionem, vt hæc sit multo excelsior. Oratio prouocat mortificationem; & hæc vicissim illam: vt vtraque perfectior euadat; Obedientia vocat patientiam, & hæc illam excitat: & omnes simul sonum edunt, quem ipse Propheta appellat: *c quasi Dei sublimis*. quia & oritur ab ipso Deo, & ad eundem tendit: & in eo elucet bonitas & omnipotentia illius. Et quemadmodum alæ quando in altum attolluntur, corpus secum trahunt: Ita Oratio & familiaritas cum Deo exaltat reliqua omnia virtutum opera: vt fiant cœlestia ex pura & sincera ipsi Deo placendi intentione. Id quod insinuat idem Propheta cum ait: *d Facies animalium & pennas eorum excensas fuisse desuper.* Indicat enim virtutum moralium facies, Dei quæ ac Christi D. cognitionis alas valde conformiter extolli semper ad æterna & cœlestia, nunquam se ad res terræ viles dimittentem. Quo tamen non obstante, adiungit: *duæ penna tegebant corpora eorum.*

Homil. 3. & 4. in Ezech. Ala Iustior

a Isa 11 2 In scala Claustrali.

Quatuor cognitiones.

b Ezech. 3-13 Hom. 3. in Ezech.

Virtutum sancta emulatio.

c Eze. 1. 24.

Oratio eleuat Iustũ. d Ezech. 1. 11.

c Prou. 24.  
c. 16. |  
Nemo sine  
crimine vi-  
uit.

f 1. Petr. 4. 8.

g Job. 10. c.  
12.

h Eze 1. 13.

i Sap. 7. 22.

k Isa. 37. 31.

Nam (vt idem S. Doctor declarat) nullus ad eò est perfectus in hac vita, quin aliquid fœditatis habeat, quam operire sit opus: siquidem e *septies in die ca- dit iustus*, ideoque necesse est alas vitæ contemplatiuæ vtrumque hoc officiu præstare; volandi sc. & cooperiendi: volando ad contemplanda Dei magna- lia, vt ametur, eiq; obediatur; & easdem contrahendo ad propriam vilitatè meditandam seq; propterea odio habendum & contemnendum, actusque pœnitentiæ & charitatis exercendos: quam ait S. Petrus, f *Operire multitudi- nem peccatorum*. Quis verò recensere poterit magna subsidia, quæ Deus D. N. Iustis offert, visitans eos; magnumque eis diuina sua præsentia animu ad- dens, ad opera ad eò illustria exercenda. Nam g *visitatio tua* (inquit S. Job) *custodiuit spiritum meum*: visitatio enim illa confirmat, illustrat, accedit, fer- uorem addit, virtutumque facies extollit, cogitationum affectuumque alas feruenter agitat, efficitque vt alia alias cœlesti quadam Harmonia se pro- uocent. Quod idem Propheta explicuit dicens: h *In medio animalium discer- rebat splendor ignis, & de igne fulgur egrediebatur*. Quis hic ignis, splendor, & fulgur, hoc est: ait idem S. Doctor, nisi Spiritus ipse Sanctus, qui iustos vi- sitans, inter eos discurrit consumens tanquam ignis eorum vitia & imper- fectiones; cœlestibusque illustrationibus cor illuminas, & tanquam fulgur inspirationibus, tenerrimisq; affectibus inflammans, & ad virtutum exer- citia eos extimulans. Stupendo enim quodam modo vnus cum sit, i *stabilis est ac mobilis, firmus, & varius*, non in se, sed in effectibus, quos in suis facit a- micis. *Stabilis* est, quoad virtutes & dona, auxiliaque ad eorum salutem & perfectionem necessaria: quæ semper quod in se est absque vlla mutatione, & varietate illis offert: *firmus* est in eis iuuandis, vt casti sint, humiles & pa- tientes; & vt virtutum actiones exerceant: quæ illis competunt, vt in statu suo perfecti euadant. Est tamen *mobilis & varius*, quoad alia dona & gratias, quæ dicuntur gratis data: quale est donum contemplationis, deuotionis sensibilis, lacrymarum, consolationum, & spiritualium deliciarum, alio- rumq; similibus effectuum, visitationum interiorum: cum quibus diuinus Spiritus ita versatur inter Iustos, vt modò discedere, modò venire videat- ur; modò sese manifestet, modò occultet: & cum sit præsens, simulat se absentem; venit ad eos, vt animum resumant; discedit, vt sese humiliant; ve- nit vt aduertant, quid sint, & valeant ex eius virtute; discedit, vt nihilum agnoscant, quod ex seipsis habent; accedit, vt illustria valdè quædam faci- ant, discedit, vt magnas tribulationes patiantur; venit, vt k *radicem* (sicut ait Isaias) *mittant deorsum, & faciant fructum sursum*: vt crescant scilicet in virtu- tibus, quæ in altum ascendens, animam cum suo creatore coniungunt; dis- cedit, vt profundiores iaceant radices in virtutibus sui contemptis. Estque ad eò admiranda DEI nostri sapientia, vt hac varietate sua illos faciat sta-

biles;

biles; & hac mutatione ita corroboret: vt illi non mutentur; sed confirmat, vt perseuerent. Ex quo fit, vt non solum ipsæ Dei visitationes; sed etiam absentia, prædicto hoc modo media sint apta perfectionis: quamuis inter perfectos spiritus ipse discurrat velociter. nam, etsi modicum absit, id facit, vt citius illos visitet; & vt ipsi quoque accelerent, & crescant, sequentes hos diuinos impulsus. Nam propterea addidit Propheta: *l'animalia ibant & reueriebantur in similitudinem fulguris coruscantis.* sicut enim spiritus ipse sanctus suos habet accessus & recessus: ita & illi habent suos, sequentes in vtrisque diuini spiritus directionem. Cum enim Deus venit ac visitat: sequuntur ipsum, aggrediendo illustrata facta, quæ inspirat: quando autem Deus se abscondit, atque deserit: redeunt ipsi ad suam paruitatem, humiliant, & contrahunt se intra seipfos. Nunc accedunt ad contemplationem, & ad cæli altitudinem ascendunt, vt cum Deo coniungantur; nunc redeunt ad actionem, & attendunt tum propriæ mortificationi, tum aliorum ædificationi, & utilitati: & vtrouque se habent tanquam fulgura coruscantia. accurrunt enim velociter ad omnia, quæ Deus vult; siue illa sint sublimia, siue abiecta. nec minus sanctitas eorum elucet in humiliatione, quàm in exaltatione. quemadmodum paulò inferius videbimus. Concludamus itaque dicentes, quod cum Spiritus Sanctus ad eò sit potens, ad te in egregio hoc facinore iuuandum: tutò possis illud aggredi, dicens cum Regio Propheta: *Mada Deus virtuti tuæ, & confirma quod operatus es in nobis.* O diuine spiritus, iube tuam virtutem corroborare nostram & Confirmationis gratia perface, quod per baptismi gratiam inchoasti, Amen.

S. Greg. sup  
Consolatio  
ne & desola  
tione aque  
iuuantur  
Iusti.  
I Eze. 1, 14

Iusti indif  
ferentes ad  
parua &  
magna.

m Pf. 67. 19

## CAPVT IX.

QVOD PATRINI ADHIBEANTVR IN  
Baptismo & Confirmatione, indicare necessitatem habendi  
spirituales patres, quorum opera perfectionem  
consequamur & qua ratione sit eis  
parendum.



X Apostolorum traditione habet Ecclesia duas alias consuetudines in administratione Baptismi & Confirmationis: in quibus ostendit, nos habere opus alijs hominibus ad perfectionem; quam, dum hæc Sacramenta suscipimus, profiteremur. Nā primū, (vt S. Dionysius ait) assignat baptizandis aliquē patrinū, tanquā Pædagogum & Magistrum, qui per manū Sacerdotis eum sub tutela & perfectione sua accipit; seque obligat, ad illum instruendum in omnibus quæ ad Christiani hominis statum spectant: quoad ea scilicet, quæ debent

credere,

c. vlt. de Ec  
cles Hierar.  
S. Tho. 3. p.  
q. 67. a. 7.  
& 8.

*credere, & facere.* Diuinis nostris Ducibus, id est Apostolis, (ait S. Dionysius) vitum est, infantes ad Baptismum suscipere secundum istum sanctum modum, & conditionem: quod naturales pueri parentes tradant eum cui dam docto in diuinis pædago, vt reliquum sub ipso puer ageret, sicut sub *diuino patre* & Saluationis Sanctæ susceptore. Attende: quanta sit huius patris laus, quem vir sanctissimus *PATREM DIVINUM* appellat: vt intelligatur, debere eum erga infantem spiritualis patris officio fungi: educando illum, & vt cœlesti Patri seruiat, aptando. Et S. Augustinus eundem vocat *deiussores* apud Deum pro eo, quem in sacro fonte suscepit: quod suo tempore sit præstiturus, quod in baptismo est professus, & ex parte sua sit ipsum adiuturus, vt re ipsa illud præstare possit.

SED quoniam hoc munus solet ferè esse in ordinarijs patris, tantum titulus, curæ fuit prouidentia diuinæ, de alijs prospicere, qui sint verè ac re ipsa Pædago ac Magistri *Patresq. diuini*: præstantes perfectissimè, quod Patris alias incumberebat: imò in eum finem etiam Instituta religiosa erexit: quorum vocatio eò tenderet, vt sanæ doctrinæ lacte eos nutrirer ac doceret, Christianismi obligationes impleret, vt sic Baptismi gratiam conseruare, & augere possent. Hoc institutum inspirauit *DEVS S. N. Patri Ignatio, Societatis Iesu* Fundatori: qui tantam huius muneris opinionem & æstimationem habuit, vt statuerit, in ipsa solenni professione, expressam eius fieri mentionem; ne aut obliuione, aut contemptu vnquam in Societate præmitteretur. Nec mirum est eos, qui de Iesu Societate sunt magis facere, paruulos ad ipsum, vt eos benedicat, deducere; cum sciant quantopere ipse hoc officio delectetur, quemadmodum supra est dictum. Hoc ipsum adhuc amplius constat exijs, quæ in Sacramento Confirmationis geruntur: cuius ministri non sunt ordinarij, & communes Sacerdotes, sicut in Baptismo ob eius necessitatem: sed Episcopi tantum. vt ita intelligeremus, maiores Ecclesiæ Prælatos, præcipua esse instrumenta, per quos baptizati perfecti euadant. Et nihilominus, quoniam solus vnus Episcopus, ad curam tot confirmatorum gerendam, non sufficit; etiam hic patrinus vnus assignatur, qui ipsum Confirmandum teneat: vt ostendatur, eum speciali auxilio indigere, ad perfectionem consequendam, & contra eius hostes depugnandum. Et hic Patrinus (quemadmodum S. Thomas aduertit) necesse est, vt sit ipse eodem Sacramento Confirmatus; ad significandum, oportere eum Spiritus S. vñctionem in seipso habere, qui debeat alios ad eam consequendam adiuuare; & oleo ac balsamo sanctitatis perfectæ vñctum esse eum, qui instrumentum sit, quo alij eadem sanctitate vngantur. Præterea, ipsi Patrini, & qui baptizantur & confirmantur cognitionem quandam spiritualem adeo strictam in se contrahunt, vt in certis gradibus Matrimonium impediat

vtlic

*Patrinorum  
antiquitas  
& laus.*

*De Consecr.  
l. 4. ca. 29.*

*Patrinorum  
negligentiã  
alij supplet.*

*Societatis  
Iesu insti-  
tutum.  
Marc. 10. 16  
complexans  
eos & im-  
ponens Ma-  
nus super il-  
los, benedi-  
cebat eos.*

*Patrinus sit  
confirmatus  
10. q. 4. c.  
si quis.  
3 p. q. 72. a.  
10. ad 2. d.  
a. 11.*

*Trid. Conc  
sess 24. dec  
de resor. c. 3*

vt sic perpetua amicitia intelligatur, qua debent inter te esse coniuncti, tanquam parentes & filij amore puro, non carnis, sed spiritus: (qui vt Nicolaus Papa dixit) eo perfectior esse debet, quod spiritus carnem excedit.

§. 1. *Semper opus esse Patre spiritali.*

**C**ONSILIVM hoc, quod Spiritus S. Ecclesiae suae inspirauit, nos docet; omnes homines siue saeculares, siue religiosos, qui in virtutibus proficere, & in pugnis ac tentationibus firmi ac constantes esse cupiant, debere praeter maiores Praelatos, Patrem aliquem spiritualem habere, qui Paedagogi, Magistri, Patrini, ac Protectoris instar dirigat, adiuuetque, vt voti copotes euadant. Eum in modum, quo DEVS D. N. in sua gubernatione per Angelos suos, non solum constituit Principatus & Potestates, qui Ecclesias, & Prouincias gubernent; sed cuique etiam particulari homini custodem Angelum destinauit, qui eum ad salutis portum peruenire iuuaret. Quod si in via virtutis sis Tyro, danda tibi opera est, vt bene in humilitate funderis: tibi persuadens, te tanquam ignorantem, Magistro indigere, qui te doceat; & tanquam infirmum, Medico, qui te curet; tanquam peregrinum, qui eam viam nunquam ambulauerit, duce, qui te comitetur ac dirigat; tanquam Militem nouum, Duce, qui te gubernet; & tanquam debilem ac timidum, Patrino & Protectore, a quo adiuueris & protegaris: Excitare autem etiam debes fiduciam tuam, quod DEVS D. N. & custos Angelus hominis defectum circa tuam gubernationem supplebunt.

QVOD si bona & commoda illa cognoscere velis, quae hinc tibi prouenient: conijce oculos in consilium illud ac dispositionem, qua vsus est DEVS ad Hebraeos ex Aegypto educendos; & per desertum ad promissam terram deducendos. quod consilium viua quaedam imago est eius directionis, quam adhibet ad homines e peccati statu educendos, & per huius mundi desertum ad aeternae promissionis terram dirigendos. Quod si attentè perpendas, inuenies, populum illum duos habuisse dulces, alterum Angelum Domini, de quo dixit: *Ecce ego mittam Angelum meum, qui precedat te, & custodiat in via; & introducat in locum quem paraui. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet, cum peccaueris, & est nomen meum; & auctoritas mea in illo*: Alterum ducem habuit ipsum Moysen, qui eduxit populum illum ex Aegypto, & per totam viam magna postea cura deduxit. Ille enim aperuit illis *mare rubrum*, vt, *agua diuisa*, sine villo detrimento transirent: in qua tamen postea ad eundem locum reuertente, *Pharao totusq; eius exercitus*, qui populum persequebantur, summersi sunt. Et cum Amalechitae insurrexerunt contra populum, *celeuauit ipse manus in caelum*, & impetrauit populo victoriam; Cum morderentur a serpentibus, *posuit serpentem eneam pro signo, quem qui percussus aspiciebat, sanabatur*. Cum fame

*In Epist. a. o. uil. Val. 187. c. 2.*

*Patris spiritalis necessitas.*

*Duo duces Israelis.*

*Angelus. a Exod. 23. 20.*

*Et Moyses.*

*b Exod. 14. o 28.*

*c Exod. 17. 11.*

*1 Nū. 21. 9*



Exod. 6. 15  
 vñ. 2. 11.  
 Exod. 31.  
 8. & 6. 34.  
 9.

Patris spiri-  
 tualis varia  
 utilitas.

Tract. 4 c. 2.

Deo, non  
 homini in-  
 nitendum.

Exo. 32. 1.

premerentur, impetrauit illis e *Manna de celo*, & cum siti laborarent, f aqua de petra illis eduxit. Ac deniq; g ascendens in montem Syna attulit illis tabulas legis, & in omnibus aduocati & intermedij officium præstabat in rebus omnibus inter Deum & populum. Tale igitur est munus eorum, quos Deus D. N. tanquam Elektorum suorum duces constituit, ad eos educendos ex Dæmonis & peccati tyrannide: dirigentes & adiuuantes eos orationibus, consilijs, varijsque alijs medijs: fauente illis Deo, vt ea sint efficacia. Eorū. n. industria pertranseunt electi per mare tentationum, & tribulationum absque villo suo detrimento, victis verò & extinctis hostibus. Et si alij recentes insurgant, etiam contra illos impetant *victoriam*. Quod si à *serpentibus* suis passionibus sint vulnerati, proponunt illis remedia, quæ in Christo crucifixo inuenient; docentes eos ita eundem crucifixum aspicere, vt vulnere sanitatem consequantur. Quando præ alimenti spiritualis defectu languent, impetrant illis *Manna caeleste*; & aquam *petra viua*, quæ est ipse Christus: applicantes illis Sacramenta ac remedia, quibus refectio spiritus & gratia deuotionis ac lacrymarum obtinentur. Illi eos docent *legem Dei*; & vias, per quas illam adimplere debeant præstantque *consiliatorum* munus in dubijs eorū: Deo ipso, qui tales Duces constituit, responsa sua per eos dante. qui Duces tam deberent esse in verbo & opere potentes, atque ipse fuit Moyse, ad facinora adeò illustria patranda.

§. 2. *Firmitatem & constantiam non debere esse soli vni spirituali Patri alligatam.*

QVONIAM de hoc argumento fusiùs egimus in libro Ducis spiritualis, hic tantum addemus quædam alicuius momenti monita, præsentis instituto accommodata. Est aut *Primum*: vt nunquã sis adeò alligatus vni Duci etiam bono, qui tibi contigit, vt, eo ablato, aut deficiente, tu quoque à benè cœptis desistas. hoc. n. esset certum signum, te non inniti præcipuè Deo, eiusque sancto timori & amori, sed respectibus humanis, & affectibus terrenis: vt qui plures hominem facias quam Deum, non secus atque Israelitæ, qui adeò erant *Moyse* Duci suo adstricti, adeoque ab eius præsentia in adoratione veri Dei pendebant; vt ob eius per dies 40. absentiam, cum Dei mandato ascendisset in montem Syna, statim à cultu veri Dei recedentes, idolum adorauerint. Et quamuis Moyse loco sui Aaron summum Sacerdotem reliquisset, nihili id fecerint, nec à deprauiata sua voluntate potuerint retardari, quò minus ipsum Aaron vrgerent dicentes: *afac nobis Deos, qui nos præcedant: Moyse. n. huic viro, qui nos eduxit è terra Aegypti, ignoramus, quid acciderit. cogitabãt. n. miseri homines, sublato sibi Moyse, Deum quoque sublatum, qui per eum loquebatur, eosque gubernabat, nec posse Deum idem præstare per Aaron. ideoque stultitiam illam fecerunt, vt tollentes matres aureas oes, opere fusorio facerent ex eis vitulum conflatilem, ac dicerent: hi sunt Di tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* In quo facto duo videm⁹ depicta vitioꝝ,

extrema eorum, qui exierunt ex Aegypto, vocante eos Deo per virum aliquem sanctum, qualis fuit Moyses. Alterum extremum est, quod nimium se homini obstringant & addicant, existimantes tali Confessario, aut Spiritus Magistro sibi sublato, ipsum Deum etiam auferri; & gubernationem celestem, qua per eum dirigebantur: nec posse alium esse a quo possint aequè dirigi ac iuari. In qua re graui iniuria Deum afficiunt, ob nimiam fiduciam, quam in homine ponunt: quibus propterea imprecatio illa competit: *benedictus homo, qui confidit in homine.* Ex hoc extremo in alterum facile deueniunt, aequè vitiosum. Nam sublato illis homine illo, non amplius acquiescunt, vt ab alio dirigantur; sed proprio iudicio se ipsos gubernant. hoc enim est, ex aureis *in auribus*, operibus se obedientia, idolum proprii iudicij conflare; illudque adorare, cum ei se subijciant, vt gubernentur. Si itaque extrema hæc vitare velis, ita statuas ab homine gubernari, quem Deus tibi ad id designauit: vt præcipuam tuam fiduciam in ipso Deo colloques, qui per homines te docet, & alloquitur; & qui, vno sublato, nouit alterum aequè aptum in eius locum subrogare: quemadmodum, mortuo Moysè, constituit Iosue, qui promouit quod Moyses inceperat, & vno Prælato, Confessario, aut Magistro ac Directore, iuxta palatum ac desiderium tuum, deficiente, constituet Deus alium, qui non minus arrideat. Quod si minus quam alter hic aptus esset: ipsius Dei prouidentia erit, eius defectus varijs vijs sibi notis supplere. ab ipso si quidem præcipue omnis apta ordinatio pendet: iuxta illud Apostoli ad Corinthios hoc errore non nihil infectos, valdeque gloriantes quod Magistrum habuissent alij Paulum, alij Apollo: plus eis, quam par erat tribuentes: *c. Quid (inquit) est Apollo: quid Paulus? Ministri sunt Dei, cui credidistis: ego plantavi prædicatione mea fidem & charitatem in vobis: Apollo eadem sua prædicatione rigauit: sed Deus incrementum dedit, interius illud in vobis efficiens. itaque, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: nihil enim Ministrorum labor, & industria valeret, nisi Deus eadem cum illis faciens, incrementum daret.* Hoc dixit Apostolus: non, vt aliquid remitteres de opinione, quam par est habere de ijs, quibus Deus tanquam instrumentis vtitur, ad tuam directionem: ad quos vult te recurrere, quia sine eis non efficiet in te ipse opus suum. quemadmodum nec plantis ipsis dat incrementum, nisi adsit qui eas plantet, ac irriget. Necessè tamen est huic tuæ de illis opinioni certum limitè ac terminum ponere; ita vt non tanquam ad homines tantum ad eos recurras, sed tanquam ad Ministros Dei, qui per eos te docet: & quando vnum auferat, sciet alium tibi assignare; per quem idem, quod per alterum, præstet. Et propterea idem Apostolus addit: *qui plantat, & qui rigat, vnum sunt.* primus scilicet & secundus, & quotquot eis successerint, aequè enim facile est Deo, per hunc ac per illum, te dirigere: modò illius prouidentia præcipue imitaris, nec proprio tuo iudicio dirigi velis. Id enim Salomon iuauit cum

Prius homini  
nimium.

b Iere. 17. 5  
Post proprio  
fidunt iudicio.

c 1. Cor. 3. 4.

Deo per homines  
regendi intendendum.

dixit: *d habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo: & ne imitaris prudentia tua,* plus ei, quàm par sit, tribuens.

4. Reg. 12.  
2.  
12. Paral.  
14. 17.

Non possum tamen prætermittere, quin hic admoneam de astu Dæmonis, cum videt sublatum nobis esse virum aliquem Sanctum, sub cuius directione feruenter in Dei obsequio pergebamus, tunc enim tanquam agmine facto grauissimis tentationibus nos aggreditur, vt à pijs desiderijs bonisque propositis desistamus: sibi perstradens, remota columna, facile ruere quicquid ei innitebatur. quemadmodum euenit Regi Ioas, de quo ait scriptura: quòd *efecerit rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Ioada Sacerdos.* Sancti enim illius viri instructio ac directio cõseruabat, ac promouebat verã in Rege religionem. *f. Postquam autem obiit Ioada, non passus est Dæmon hanc sibi occasionem elabi; sed instigauit Principes Iuda, vt ingressi adorarent Regem, qui delinitus obsequijs eorum,* ac blanditijs, & muneribus acquieuit eis, perluaseruntque ei *vt Lucis & sculptilibus seruiret.* Et quamuis Zacharias filius Ioadae illi obfisteret, maleque facti eum, totumque populum admoneret, nihil profecit: sed potius insit eum lapidari in atrio domus Domini, siue inter templum & altare. In qua narratione quasi depictum apparet, tum quantum valeat Prælatus aliquis magna sanctitate & prudentia præditus, ad cõseruandam veram religionem, spiritumque verum, non solum in priuato quopiam homine, sed etiam in ipso Rege, & toto regno: cuius Prælati iactura grauitè, procul dubio, est ferenda. quamuis Deus solet eam reparare mittens loco Ioadae defuncti aliquem Zachariam non minus feruentem patre suo.

Tum etiam in eadem narratione apparet ad viuum depictus Sathanæ astus, suis tentationibus euestigio accurrentis ad religionem & spiritum deturbandum, qui sub tali Ioada florebat. Cui Sathanæ necesse est viriliter & strenuè resistere: consilia ac directionem sequendo eius, qui in demortui locum succedit: quia idem D. Deus est, qui per vtrumque loquitur; & stupendo profundas in virtute radices iacere; tuamque in eam propensionem & affectum promouere: non quòd eam Petrus Paulusve prædicauerit, aut docuerit, sed ob ipsiusmet virtutis bonitatem, & præstantiam, Dei que dignitatem & eminentiam, cui illa innititur.

g. Ruth. 1. 17.

HANC veritatem assecuta est feruens nostra RVTH, quæ, etsi ducem haberet NOEMI, per quam DEVS illam ex idololatria eduxit: non tamen constantiam & perseuerantiam suam illi adstrinxit: sed dixit potius: *g qua te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibiq; locum accipiam sepulture.* mentem & voluntatem suã aperiens, vt quamuis diuturnior sua vita esset, quàm suæ Magistræ ac ducis, non propterea esset in patriã suam Moab reditura, sed in Bethlehẽm tota reliqua vita permanens, vero Deo vsq; ad eius finem seruendo.

## §. 3. In quibus rebus, &amp; qua ratione Patribus spiritualibus sit parendum.

QVONIAM in subiectione & obedientia spiritualibus Patribus præstanda alia quoque vitiosa extrema inueniri possunt: ne in illa incidas, obseruandū est tibi: in actionibus præceptis non esse opus, superiorē aut spiritualē Patrem consulere: cum cōstet teneri te ad eas, etiam si is tibi eas non imponat, nec debere eas omittēre etiā si is prohibeat, iuxta illud S. Petri: *a obedire oportet Deo magis quam hominibus*: sed eas quæ sunt Consilij, & supererogationis; in quibus plus minusve præstari potest, propriaq; voluntas facillè alitur & fouetur, expedit omninò cum Patre spirituali cōmunicare, eiusque directionem sequi: licet, quod in te est, meritò debeas vehementer propendere ad ita laborandum in omnibus quæ sunt diuini obsequij, vt nunquam sis otiosus. quod mirificè declarauit Spiritus Sanctus iubens, pigrum discere à duobus animalculis: altero per terram repente, altero volante per aëra: quæ duas constituunt respub. quarum altera nullum habet caput; à quo gubernetur, altera vero caput vnum habet: & vtraque in laborem maxime incumbit. Prima respublica est formicarum, de quibus ait: *b Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & discite sapientiam: quæ cum non habeat Ducem, nec Præceptorem, nec Principem: parat in aestate cibum sibi; & congregat in messe, quod comedat.* quasi dicit, considera, ô piger, vehementem formicarum ad colligendum in æstate semina, quæ in hyeme comedant, propensionem: & deprehendes, quod quamuis nec Ducem habeant, nec Magistrum, qui doceat illas viam; nec Principem aut Regem, qui ad laborandum impellat: ipsæmet ex propria inclinatione laborem amplectantur: imò, vt Plinius ait, onus interdum suscipiunt corpore proprio maius; & omnes magno ordine & conformitate, ita vt aliæ alias non impediunt, continuè laborant. Hunc itaque in modum toto huius vitæ tempore tantam debes propensionem habere ad præcepta diuina explenda, & c *quodcumque facere possis, instanter operandum*: vt, etiam si Magister nullus, qui te dirigeret; nec superior, qui te vrgeret; nec vllæ pœnarum minæ, aut præmiorum temporalium spes adesset, non velles huic sancto exercitio manum subtrahere: eò quòd ad tuam salutem ita expediat, ipsique Deo ita placeat. Id quod consentaneum omninò est non solum eò quòd Christianus sis, sed etiam (vt ait S. Basilius) quòd homo *d natus sis ab labore, quemadmodum auis ad volatum.*

Ne tamen ex hac formicarum repub. occasionem accipias existimandi, non esse tibi necessarium Ducem aut Magistrum: audi secundam similitudinem ex apum repub. desumptam, quam idem Salomon addit iuxta

a Act. 5. 29.

b Prou. 6. 6.

Lib. 1. c. 30.

Exemplo  
formicarum  
seipsum vr-  
geas.c Eccles. 9.  
10.In illud Isa.  
1. solennita-  
tes vestras  
d Job. 5. 7.  
S. Hieron. in  
Ezech. 3. &  
epist. ad Ru-  
sticum.

Orig. homil.  
2. in Isai.  
S. Damas.  
lib. 2. Paral.  
c. 89.  
Iansen. Pro-  
uerb. 6. 6.

Formicas  
affectus, apes  
imitare ef-  
fectu.

e 2. Cor. 5.  
14.

Cap. 2. Ruth

translationem Græcam, quam multi S. Patres sequuntur: *vade* (inquit) *ad apem & disce, quam sit operosa, quamq; seriam operationem exerceat; cuius labores & Reges & idiota ad sanitatem assumunt, desiderabilisq; est omnibus, & illustris & quidem cum sit viribus infirma, tamen quia sapientiam honorat euecta est.* quasi dixerit: si à formicis didicisti laborare in operibus corporalibus, disce etiam idem magis in spiritualibus & excelsioribus, imitando apes, sollicitè per flores volitantes; mel, ceramque colligentes: ex quibus fauos suos in tanta copia conficiunt, vt habeant non solum vnde ipsa alantur, sed etiam alios alant. quo labore sapientiam honorare dicuntur, ob illustre exemplum quod sua diligentia præbent ad eam comparandam. Hunc ergo in modum laborandū tibi, sancta q; meditatione volandū per varios diuinorum mysteriorum flores, & colligenda veritatum cera, rosque virtutum in tanta abundantia, vt non tibi solum sed alijs quoque prodesse possis. Sed aduerte, quod apes suum habeant Ducem, Magistrum, ac Regem, quem sequuntur, cui parent, qui desides punit, & ex aluari suo otiosas planè repellit, vt ex hoc discas exēplo, opus te habere Duce, Magistro, ac superiore, quod te doceat, ac gubernet: & si incurius sis in iis, quæ tibi incumbunt, etiam stimulet, si itaq; in operibus ac laboribus tuis perfectus esse desideras, quoad affectum quidem imitanda sint tibi formicæ, quoad effectum verò & executionem apes debes æmulari. ad eò enim feruentia laborandi pro Dei amore desideria habenda sunt, vt ipsamet inclinatio tua ad id te compellat, & e Charitas Christi, vt Apostolus ait, *te urgeat*, calcarique addat, vt nò opus habeas alio, qui te stimulet, aut timorem incutiat. In executione autem horum desideriorum recurrendum tibi est ad spiritualem Patrem, qui spiritualia exercitia, in quibus occupari debeas, tibi designet: vt rectè & vtiliter progrediaris. Quod formicam quandam apemque valdè sollicità videre cupis, a qua & obediendi & laborandi modum hunc addiscas, vt perfectus euadas: audi quæ sacra historia RUTH de ea refert, secundo eius capite.

ERAT autem viro Elimelech consanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine BOOZ. Dixitq; RUTH Moabitica ad socru suam: si tubes, vadam in agrum, & colligam spicas, quæ sugerint manus metentium, vbicunq; clementis in me patrisfamilias reperero gratiã. Cui illa respòdit: *Vade siliamea. Abiit itaque & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem, vt ager ille haberet Dominum nomine BOOZ, qui erat de cognatione ELIMELECH. Et ecce ipse veniebat de Bethlehem, dixitq; messoribus: Dominus vobiscum. Qui responderūt ei: benedicat tibi Dominus. Dixitque BOOZ iuueni, qui messoribus præerat: cuius est hæc puella? Cui respondit: Hæc est Moabitica, quæ venit cum NOEMI, de regione Moabide: & rogauit, vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de mane vsque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem domum reuersa est. Et ait BOOZ ad RUTH:*

audi

audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis, & ubi messuerint sequere. Mandavi enim pueris meis, ut nemo molestus sit tibi: sed etiam si fueris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt. Quae cadens in faciem suam & adorans super terram, dixit ad eum: Vnde mihi hoc, ut inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit: Nunciata sunt mihi omnia quae feceris socru tua post mortem viri tui: & quod reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum, quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas. Quae ait: Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancilla tua, quae non sum similis vnius puellarum tuarum. Dixitque ad eam B O O Z: Quando hora vesperti fuerit, veni huc & comede panem & inunge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, & congesit polemam sibi; comeditque & saturata est, & tulit reliqua. Atque inde surrexit, ut spicas ex more colligeret. Pracepit autem B O O Z pueris suis dicens: Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam: & de vestris quoque manipulis proicite de industria, & remanere permittite, ut absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Collegit ergo in agro usque ad vespertam: & quae collegerat virga cadens, & excutens, inuenit hordei quasi Ephimensuram, id est, tres modios. Quos portans, reuersa est in ciuitatem, & ostendit socru suae: insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui, quo saturata fuerat. Dixitque ei socrus sua: Vbi hodie collegisti, & ubi fecisti opus: sit benedictus, qui misertus est tui. Indicauitque ei apud quem fuisset operata: & nomen dixit viri quod B O O Z vocaretur. Cui respondit N O E M I: Benedictus sit à Domino: quoniam eandem gratiam, quam prae buerat viuis, seruauit & mortuis. Rursumque ait: Propinquus noster est homo. Et R V T H: Hoc quoque inquit, praecipit mihi, ut tam diu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit Socrus: Melius est, filia mea, ut cum puellis eius exeat ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi. Iuncta est itaque puellis B O O Z: & tam diu cum eis messuit donec hordea & triticum in horreis conderentur.

In iucunda hac Historia delineata, ac picta sunt admiranda exercitia iustorum, qui valde perfecti esse contendunt: quorum fundamentum est exacta erga Deum, & erga eos, qui eius nomine gubernant, obedientia. In qua adeo eluxit feruens R V T H, ut de ea dixerit Christus D. S. Brigitta in quadam reuelatione. R V T H fuit in populo Dei clarior, quia voluntati propriae non obeduit; sed Dei ipsius eam vocatis, & N O E M I, quae in Magistrâ acceperat: cui adeo se subiecit, ut dixerit: Q V I Q V I D P R A E C E P E R I S F A C I A M, sed ostendit ipso facto, se formicas apesque laboriosas imitari. nam cum in Bethlehè peruenisset, & messis hordeacea inciperet, magistrâ suâ

Christus  
Ruth com-  
mendat.  
Lib. 6. Re-  
uelat. c. 10.  
f. Ruth. 3. 5.

praeue-

g. Rub. 2. 7.

Lib. 35. Mo  
ral. c. 13.Grata recu  
sanda, vilia  
amplecten-  
da.

præuenit dicens: *g si iubes, vadam in agrum & colligam spicas, quæ fugerint manus metentium*. ostendit inquam hic instar formicæ desiderium laborandi in occupatione adeò vili ac laboriosa: ad quam sponte sua se obtulit, priusquam facere iuberetur. Nam fortè N O E M I ipsa non fuisset aucta id iubere. Sed & *apis* obedientiam ostendit, quæ noluit prius facere quod optabat, quàm eius Magistra id approbaret, & faciendi potestatem faceret. In quo præclaram quandam obediendi regulam expressit, quam tradit Sanctus Gregorius dicens: in prosperis & honorificis carnique iucundis rebus nihil de suo habere debet perfecta obedientia. non enim debet ad eas propendere, aut desiderare, & multò minus à superiore petere: sed expressum potiùs expectare mandatum. imò & quando illud adest, expedit, si fortè potest, demissè reculari. Quemadmodum Moyses & Ieremias, cum D E V S illis gubernationis & prædicationis munus committeret, demissè deprecabantur. Quando autem peragenda sunt amara aut vilia pœnalia, & laboriosa: perfectus obediens aliquid de suo habere debet; vt scilicet in ea propendeat, mortificandæ propriæ voluntatis, Christumque Dominum nostrum seridè imitandi causa. Quam propensionem ac desiderium cum habet, non est expectandum Magistri mandatum, sed sponte sua cum debita resignatione sese ad ea obeunda offerre, dicens Prælato aut Confessario, quod R V T H dixit Noëmi, breuibus ac synceris verbis & cum resignatione: *si vis, vadam in agrum*, ad laborandum scilicet; & si permittis, incumbam in hæc & illa opera pœnitentiæ, humiliationis, vt sunt ieiunia, flagella, & ministrare pauperibus in Xenodochijs, &c. Et hoc non est contra perfectionem obedientiæ: talis enim non tendit ad suam voluntatem exequendam, nec ad trahendam superioris: sed aperire tantum vult viam, vt liberè ille iubeat, quod subdito magis expedit. Huius rei praxis proponetur fusiùs in proximo Tractatu, vbi ratio tradetur, qua se pœnitentes erga suos Confessarios gerere debeant. nunc pergamus ad reliqua diuinæ vocationis media, per quæ Perfecti redamur.

☩ (0) ☩

## CAPVT X.

## VARIOS PROSPEROS ET ADVERSOS EVENTVS

medium esse diuinæ Vocationis: quibus iusti confirmantur,  
& perficiuntur sunt q̄. omnibus illis  
superiores.



DMIRANDVM est diuinæ prouidentiaē consilium in exte-  
nis medijs adhibendis ad iustos confirmandos & perficien-  
dos: quemadmodum diximus etiam superius, stupendum es-  
se eiisdem consilium ad vocandos & conuertendos peccato-  
res. Inter hæc tamen media valde eminent varietas prospero-  
rum, aduersorumq̄; euentuum, quibus eos deducit: nunc a. *eleuando vsque ad*  
*caelos, nunc deprimendo vsque ad abyssos*: varijs his euentibus (vt perpendit S.  
Chrylost.) vitam eorum contexens, vt aduersis profundius in humilitate &  
patientia radicentur; prosperis verò in sublimè proficiant Charitatis &  
confidentia: & hac ratione diuinum suum Ducem imitentur: (cuius vita ab  
ipsa natiuitate vsque ad mortem huiusmodi aduersis ac prosperis fuit con-  
texta) & vt noverint, tanquam alter S. Paulus, manu b. *dextra ac sinistra*, pro-  
ficiantq̄; per *infamiam & bonam famam*; per diuitias & paupertatem; sani-  
tatem & infirmitatem: non se extollentes inaniter in prosperis, nec defici-  
entes animo in aduersis; nec suam constantiam propter tantam varietate-  
m imminuentes. In cuius signum Episcopus Confirmatos percutit in faci-  
em, pacemque precatur: vt meminerint ipsorum pacem in multa patien-  
tia consistere, & in Sanctitatis firmitate: quamuis contrarijs omnino ventis  
oppugnentur. præparentes se dum fiat vnus ad pugandum cum altero,  
iuxta regulam Ecclesiastici dicentis: *in die bonorum ne immemor sis malo-  
rum: & in die malorum ne immemor sis bonorum, & a memento paupertatis in tem-  
pore abundantia, & necessitatum paupertatis in die diuitiarum.* futura enim est  
ab his in illa mutatio: & virtutes, quas vno die comparaueris, vñ tibi erunt  
vt in alio sis firmus. Nec immeritò etiam *diem appellat malorum*: nam etsi  
exteriùs videatur nox obscura, interiùs tamen est dies clara: siquidem in  
aduersitate non amittitur lux diuinæ gratiæ, nec iustitiæ Sol occumbit. Et  
propterea idem Ecclesiastic. dixit: *e hominem sanctum in sapientia manere sicut*  
*solem.* quemadmodum enim Sol nunquam amittit lumen, quod in se habet,  
etsi varias interdum ecclypses patiat, quæ eius radios, ne mundum illu-  
strent, impediunt: ita vir iustus & perfectus, quamuis multas ecclypses ob-  
tribulationes, huiusque vitæ aduersitates patiat: semper tamen in spiritu  
suo retinet gratiæ splendorem, & substantialem feruorem Charitas.

Per aduersa  
& prospera  
eundem.

a Psal. 106.  
26.  
Homil. 7. in  
Matth.

b 2. Cor. 6. 7

Catechif.  
m. Rom. c.  
de Confirm.  
ad finem.

c Eccl. 11.  
27.  
d c. 13. 25.

Aduersa  
non tollunt  
lumen.

e Eccl. 27.  
12.



§. 1. *Quatuor excellentias obtineri, rerum prosperarum, & aduersarum varietate.*

**H**A c rerum varietate *quatuor* præcipuè intendit D E V S D. N. per quæ tanquam per gradus quosdam ad Christiana perfectionis fastigium conscenditur, gloriaq; corona excellenter acquiritur. *Primum* est, ne viri inordinato amore rebus prosperis adhærescant, aut nimium aduersas timeant: sed spiritum suum supra omnes attollant, animo quodam erectiore & omnibus superiore.

*Secundum* est, vt amorem totum & timorem suum in solo Deo collocent; cum quo solo sint cõtenti, & in cuius sola voluntate gloriaq; conquiescant: dicentes cum Dauide: *a quid mihi est in cælo: & à te quid volui super terram.* Huc accedit *tertium*, quod Deus intendit; vt scilicet. fidant iusti diuinæ prouidentia, quod prospectura sit illis, siue in prosperis, siue in aduersis quodè re illorum magis erit. Ideoq; ipsi vtrumq; acceptent toto tempore quo Deo ita placebit, vt perfectius ei seruiat. Ex his tribus *quartum* oritur, vt scilicet. eos in Sancto suo seruitio ita corroboret, vt tanquam immutabiles magna firmitate & gaudio vsq; ad mortem in diuino obsequio perseuerent. Quemadmodum S. ille vir Tobias, de quo eius historia refert, quod varios hos rerum euentus expertus, immobilis in Dei timore permanferit, *ba gens gratias Deo omnibus diebus vite sue.* æquè cum Rex *c Senagerib* illum persequerentur, atque cum Rex *Salmanasser* illi faueret: & cum sanus esset ac diues; atque cum ad paupertatem redactus, infirmus esset ac cæcus. *d Instum* enim (ait Sapiens) *non contristabit quicquid ei acciderit,* ita vt ipsum perturbet, aut benè proposita ipse mutet: potius e *quasi Leo. considens absque terrore est creaturarum*: quia cor eius magnanimum est, & omnibus creaturis ex virtute Dei superius: quemadmodum per suum Prophetam promisit dicens: *Et tunc delectaberis in Domino, & sustollam te super altitudinem terræ.* Terra ait Sanctus Gregorius, valles habet, & montes; superiora & inferiora. Inferiora censentur paupertas, ignominia, morbus; & reliqua aduersa, quæ omnes homines fugiunt: Superiora sunt diuitia, honores, dignitates; & cætera prospera, quæ huius mundi homines appetunt at viri perfecti à Deo extolluntur supra valles & montes terræ: quia superiores eos facit aduersis & prosperis mundi. non enim negligunt illa, ad quæ tenentur, in valle pusillanimitatis; neque prosperis hærent arroganter, in monte vanitatis; sed æqualiter in vtroque se habent; & tanquam *g aquila eleuantur à terra, & in arduis ponunt nidum suum,* in ipso scilicet cælo; & intra ipsummet D E V M, in quo totum suum gaudiū & consolationem reponunt. Ac propterea magnum latet mysterium in eo, quod Isaias duo illa coniunxit: *delectari super Domino & sustolli super altiudi-*

S. Greg. lib.  
10. Moral.  
c. 12.

a Psal. 72. 25

b Tob. 2. 14.  
c Tob. 1. 22.  
13.

d Prou. 11.  
21.  
c. 28. 1.

f E sai. 58. 14  
Lib. 11. Mo-  
ral. c. 19.

g Job. 39. 27.

*nesterre, vnum enim horum sine altero non inuenitur: non enim super omnes res mundi poteris eleuari, nisi totum solatium tuum in DEI possessione constituas; nec delectari poteris in solo DEO, nisi super omnes res mundi sustollaris. Ac proinde si nimio affectu in aliquam earum propendeas, illique adhærescas: non habebis in virtute constantiam. Nam, vt S. Gregorius ait, nemo potest res caducas & instabiles amare, & ipse immutatus permanere: rebus enim terrenis mutatis, necesse est & ipsum cum eis mutari. Si nimium fortunæ bona, honorem aut delicias ames, non es illis superior, sed inferior: ac proinde illis mutatis, & tu mutaberis. Contrā verò magnam firmitatem & immutabilitatem habebis, si te supra omnia creata, prospera & aduersa sustuleris; Deo que soli, qui nec mutatur, nec mutari potest te arctè cōiunxeris. Et tunc bene dicere licebit cum Apostolo: *h certus sum, quod neq; tribulatio, neque angustia neque angeli, neque principatus; neque virtutes, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundū; neque creatura alia poterit me separare à charitate Dei, que est in Christo IESU D. N.* Nam virtus Dei facit me omnibus superiorem: qui suam omnipotentiam in eo ostendit, vt miro quodam modo contrarijs ventis rebus scilicet prosperis & aduersis faciat velociter currere ad portum saluationis, & perfectionis: eosdē proferens effectus per media, quæ in specie videntur contraria: fiduciam scilicet per aduersitates; & humilitatem per prosperitates: in illis enim illuminat mentē, vt agnoscat se (vt dixit Oseas) *deduci i ad vallem Achor, & tribulationis, ad aperiendam spem*; ipsaq; experiētiā sentire prouidentiam diuinam in media sua amaritudine; & simul agnoscat, prosperitates nō esse suas, sed gratuita dona Dei, cōformantis se ipsius imbecillitati, sine ipsius meritis; eod quod nec humeros nec vires haberet, ad onus grauius portandū. Et hoc modo ex omnibus capit vtilitatem. nam (vt ait S. Apost.) *k diligentib. Deum omnia cooperantur in bonum.* Et quamuis dexteram & sinistram manū habeant, sunt tamen (vt notat Cassianus) ambidextri, quemadmodum ille dux Aod, *l qui utraq; manu pro dextra utebatur.* Nam ex prosperis & aduersis spirituale bonum pro anima sua hauriunt; & æquè laboribus crescunt, atq; solatijs; honoribus, atque ignominijs. Iphis enim, quicquid DEVS vult, et si carni aduersetur, est felicitas spiritus. tunc (ait S. Gregor.) sunt iusti tanquam illi Cherubini, quos Ezechiel vidit *in palmas habere ad latus dextrum & sinistrum*: eo q̄ prosperis & aduersis palmam & perfectā victoriā obtineant, vincētes impetus tentationū & pusillanimitatū, q̄ ex aduersis euētibus proueniūt; & impetus similiter vanitatū, & ambitionū, quæ ex prosperis solent pullulare: dicentes cum Apostolo *n scio & humiliari, scio & abūdari; & satiare & esurire; & abūdari & penuriam pati, ubiq; & in omnib. institutus sum; omnia possum in eo qui me confortat.* cuius gratia & virtute paupertas & diuitia;*

Lib. 2. Moral. 6. 3.

h Rom. 38.

i Osee 2. 15.

k Rom 8. 28.

Col. 1. 6. c. 9 & 10. l Iudic. 3. 15.

Homil. 19. in Ezech. m Ezech. 41. 19.

n Phil. 4. 12.

Serm. 21. in  
Cant.  
Immutabi-  
lijas pars  
Aeternisa-  
ris.

fames & saturitas mihi sunt materia coronę. Quod ait S. Bernard. esse, quasi frui modo quodam stupendę immutabilitatis, quę est aternitatis participatio quędam, quę obtinetur in ipsa gloria.

S. 2. *Confirmantur predicta exemplo NOEMI.*

**O** MNIUM quę dicta sunt possemus afferre præclarissima exempla ex ijs, quę diuina Scriptura narrat de Iob, Ioseph, Dauidę, Tobia, & multis alijs sanctis: qui per varios prædictos rerum euentus ad perfectionis culmen peruenerunt. Sed nunc conijciamus tantum oculos in duas Matronas NOEMI & RUTH, quę eisdem vijs fuerunt deductę. NOEMI primũ magnam habuit prosperitatem in Bethlehẽm, sed postea tot aduersitates in Moab: vt cum redisset in Bethlehẽm, omnes mulieres ciuitatis cum admiratione magna dicerent: *a Hac est illa NOEMI?* atque si dicerent: *hęc est matrona illa diues, potens & pulchra, quę ad eodẽ solenniter a nobis discessit? & quomodo ad eodẽ pauper redit, & misera; quod et si plurimę per modum laudis & commiserationis dicerent, referentes eius virtutes, eiusque vicem dolentes; aliqua tamen idem fortę dixerint, per modum irrisionis & murmurationis: quasi notando eius superbiam & vanitatem, quod tales calamitates DEVS reddiderit eius peccatis. nam etiam in ipsis aduersitatibus vult DEVS, iustos sentire ventos contrarios: vt scilicet alij illos consolentur, alij contristent; alij laudent, alij vituperent: vt si laude fortę euanescerent, vituperio humiliantur; & si contemptus redderet timidiore, laus animum adderet atque spiritum: & hac ratione (vt S. Gregorius ait) sint in bono constantiores. Sed perfecti altius in aduersis volant, nec laudes admittentes, nec timentes opprobria: potius cum NOEMI dicunt: *b Ne vocetis me NOEMI (id est pulchram) sed vocate me MARA (id est amaram) quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Egressa sum plena (cum viro scilicet, cum filijs & facultatibus) & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noemi quam Dominus humiliavit, & affixit omnipotens?* In quibus verbis pulcherrima quędam ratio delineatur, perfectionem in aduersitatibus consequendi.*

a Ruth. 1. 20

4. Reg. 9. 37.  
dicebatur  
hęcine est  
illa Izelabel?

b Ruth. 1. 20

Deus aduer-  
sa permittit.

a Job. 9. 8.  
12  
d 1 Reg. 3.  
18.

PRIMUM, vt tribuas eas sicut NOEMI fecit, Deo: volenti te humiliare & omnipotenti, volenti affligere: cuius providentię res huiusmodi eueniunt, quod sufficere debet, vt eas libenter acceptes, credēs tibi esse vtilis. Si enim ipse DEVS eas ita disposuit, aut pmittit: *c quis dicere potest, cur ita facis?* Potius ergo dices cum Heli: *d Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat: Ne in me erit etiam bonum in meis: quia ex eo magna mihi proueniunt comoda. Et, si omnipotens est, qui hęc disponit, quis eius decreto resistere poterit? quod si resistere non licet: præstat, me subiiciendo*

illud

illud amplecti. Nam; vt est omnipotens a. affligendum, quemcunque uoluerit, nemine prohibente: ita est omnipotens ad me liberandum ex tali aduersitate, aut eam in meam utilitatem conuertendam, nemine etiam illum impediente. Nulla aduersa nocere mihi, aut mutare me poterunt: si pro me habeo Omnipotentem: qui me fortem & in eis constantem efficere potest. Etsi enim absolutus sit Dominus, non tamen est Tyrannus; & quamuis sit Omnipotens, nō tamen est crudelis, sed beneuolus Pater, qui suis creaturis benefaciēdo delectatur: nisi ipsa sibi desint. Et equali amore *Domini mortificat, & uiuificat; deducit ad inferos, & reducit: Dominus pauperem facit, & dicit; humiliat, & subleuat.* Et quamuis reuera multa huiusmodi aduersa eueniant à nostris inimicis, ex odio, & mala intentione: non propterea tribui non debent permissioni ipsius Omnipotentis Domini, qui potuisset quidem auertere; sed noluit, ob tuum commodum. si ea immiserit Dæmon, dices cū Iob: *si Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Quod si manifestus aliquis inimicus: dices quem admodum Dauid, cū illi malediceret Semei: *g. Dominus precepit ei, ut malediceret mihi, quatenus eam maledictionem permisit ob commodum meum.* Quod si à falso aliquo fratre inferentur, dices cū Ioseph: *h. non vestro consilio, sed Dei voluntate hoc factum est* in multorum commodum. Hac ratione seruabis semper patientiam, hauriesque ex aduersitate lucrum.

Ex hoc licebit ad aliam recognitionem transire, qua eadem aduersa tuis peccatis attribuas; & agnoscas, te illis indigere: tum, vt purificeris à vitijs, & à recidua præserueris: tum, vt virtutum excellentiam consequaris. Nam, si omnipotens cor tuum repleat amaritudine, non id facit, vt in ea sistat: sed vt à prauis humoribus, quibus infectum est, illud expurget, & ab inordinatis omnibus affectionibus purificet; impleat verò donis cœlestibus in maiori abundantia, quàm prius haberes, Superbia tua & arrogantia præfens, aut periculum in eam incidendi, causa est, ait S. Bernardus, cur *Deus* te affligat, & humiliet: auferens, quod te faciebat arrogantem; vt reddat postea securius, cū altiores in humilitate radices ieceris: & tunc licebit tibi dicere cum *Noemi: egressi sum plena, & vacuam rediit me Dominus.* nam in prosperitate diuitem te existimabas, plenumque virtutibus: ne verò in ea cogitatione perires, euenit aduersitas, quæ tuum errorem detexit; effecitque, vt pauperem potius te agnosceres, & virtutibus vacuum, & sic ob hanc humilitatem reddet tibi *Deus*, quod amisti per superbiam: tunc enim reuera es plenus, cū te iudicas esse vacuum: sicut verè vacuus eras, quando arroganter existimabas te esse plenum.

Hinc est, quod quemadmodum hæc Matrona in afflictionibus suis didicit, non gaudere, appellari se honorifico *Noemi* nomine, quo antea pas-

c. r. Reg. 2. 6.

Iob 1. 21.

g. 2. Reg. 16. 10.

h. Gen. 45. 8.

2.

Aduersa purgant &amp; exercent.

Serm. 54. in Cantic. 54.

3.

*Aduerfa  
humiliant  
& presene-  
rant.*

*i Ioan. 1. 20.*

*k Cant. 1. 5.*

*Nigra, sed  
formosa.*

4.

*l Hab. 3. 2.*

*m Dan 4. 11.*

*In aduerfi-  
tate manet  
semen pro-  
speritatis.*

*n Ruth. 4. 14.*

*Confide Deo*

*o Iob. 11. 17.*

sim appellabatur: quia tali se honore indignam iudicabat: ac propterea pe-  
tijt vocari se MARAM, eò quòd hoc potius nomen illi competeret, quæ in  
suis oculis non iam pulchra, sed verè amara esset: Ita Iustus ex varijs his eue-  
tibus discit, nolle titulos & cognomina honorum, aut dignitatum; nec lau-  
dari ab hominibus: quia his omnibus indignum se reputat: & quia tantam  
in his omnibus videt instabilitatem: & propterea cognominibus potius de-  
lectatur vilitatis, & contemptus: vt fictitior existat. ideoque etiam adue-  
niente prosperitate, eandem retinet animi demissionem: cum enim non  
pulchrum, sed turpem se esse agnoscat: non vult ab hominibus nomen ha-  
bere, quod se non mereri iudicat. Ideoque cum S. Ioanne Baptista *fatebitur*  
*se non esse Christum, neque Eliam, neque Prophetam, sed vocem* quandam, hoc  
est, quasi nihil. Quamvis tamen plurimū NOEMI prohibeat, pulchrā se ab al-  
ijs appellari, sed amaram: vetissima est sententia sponsæ dicentis: *k nigra*  
*sum, sed formosa, filia Ierusalem, nolite me considerare quòd fusca sim, quia declora-*  
*uit me sol.* Benè enim conueniunt, quod aliqua nigra sit, & formosa; amara,  
& pulchra; nigra, & amara: ob tristitiam & afflictionem, qua in corpore &  
in inferiori animæ parte afficitur; sed formosa & pulchra ob excellentiam  
virtutum, quæ in superiori spiritus parte resplendent. Ipse enim sol iustitiæ  
decolorat, vt augeat, magisque assécuret ipsam pulchritudinem.

SED num semper NOEMI nigra erit, & semper amara? potius ad antiquā  
pulchritudinem & elegantiam reuertetur. Nam prouidentia diuina, qua  
vidit, eam aduersitate profecisse; eam remouit, vt, prosperitate adueniente,  
etiam proficeret. Et quemadmodum Habacuc dixit: *l dum iratus fuerit, misere-*  
*cordiæ recordabitur:* & in eadem aduersitate semen aliquod relinquit tan-  
quam principiū reparationis eius: & si iubet (vt Daniel refert) *m siccidi ar-*  
*borem magnam & pulcherrimam: simul tamen iubet, germen radicum eius in terra*  
*relinqui:* vt suo tempore reuirelcat, & ad pristinam redeat prosperitatem.  
Hunc ergo in modum licet NOEMI ipsi maritum abstulerit, filiosque &  
fortunas: solitudinis tamen ipsius sociam reliquit RUTH, per quam pri-  
stinam ei restituit prosperitatem: rem ita dirigendo, vt Booz eam duce-  
ret, filiumque gigneret, qui senectutem NOEMI ipsi quietam afferret:  
quemadmodum eius vicinæ congratulantes ei dicebant: *n Benedictus Domi-*  
*nus, qui non est passus, vt deficeret successor familia tue: & haberos, qui consoletur a-*  
*nimam tuā, & enueriat senectutem, de nuro enim tua, qua te diligit, natus est filius,*  
*qui multo melior est tibi, quàm si septem haberes filios.* Disce itaque frater ex hoc  
exemplo, fidelis DEO esse in aduersis. nam, vt habetur apud Iob: *o si fidu-*  
*ciam habebis in euno: cum te consumptum putaris, orieris vt Lucifer, & quasi meri-*  
*dianus fulgor consurget tibi vespera,* sanctitate tua firmiter & omni tempore,  
claro & obscuro, elucente.

§. 3. *Idem confirmatur exemplo RVTH.*

**N**ON est minus admiratione dignum exemplum ipsius R V T H, cuius vita ex varijs euentibus fuit contexta, in quibus excellentiam & firmitatem suarum virtutum ostendit. Nam, cum diues fuisset in Patria sua Moab, & iuxta aliquorum Doctorem sententiam magni cuiusdam principis filia: omnia tamen deseruit, vt in Bethlehem D E O seruiret. Peruenit verò ad tantam paupertatem, vt sudore vultus sui cibum quæreretur; spicas colligens, quæ ex messorum manibus decidebant. In qua exercitatione raram ad eum modestiam, honestatem, & patientiam præ se tulit, vt omnes aspicientes in sui admirationem raperet. dedit etiam operam diligentem, vt legem D E I ad literam seruaret: eas tantum a spicas colligens, quas ipsa lex pauperibus & peregrinis iubebat ab ipsis agrorum Dominis, pro talibus dimittendas. Sed quoniam multi ad eum erant parci & crudeles, vt non paterentur, pauperes, ad eas colligendas venire, RVTH decreuit non ingredi, nisi pij aliquid Patris familias agrum, qui ipsam libenter admitteret, petita prius facultate. In quo apparet, perfectam sanctitatem, in angustijs, & necessitatibus temporalibus, non solum Iustitiæ leges seruare, ne in remedio illarum quærendo, D E V M offendant, aut proximum lædant: sed etiam accuratè operam dare, ne fraternæ charitatis leges lædantur: & potius iuri suo cedere, quàm illo cum proximi displicentiã uti, (quamuis ille, quod iniustus & crudelis sit, immeritò offenderetur) ad cõtentiones ac dissensiones cuitandas, quæ multorum peccatorum seminarium esse solent. Cum itaque omnes (teste S. Thoma) spirituales proximi salutem proprij corporis saluti præferre debeant, magnæ perfectionis erit, abstinere à colligendis bonorum temporalium spicis, etiam cum ad te iurè pertineant: si eas colligeres cum periculo amittendæ charitatis, quæ vita & salus est animarum. Cuius conseruationis gratia meritò debet corpus ipsum etiam nudum relinquere, iuxta Christi D. consilium dicentis: *b qui vult tecum iudicio contendere, Sinicam tuam tollere, dimitto ei & pallium.*

PRÆTEREAMV S nunc insignem RVTH charitatem in largiendis elemosynis exijs, quæ suo labore conquirebat, de qua dicitur postea; & ad virtutem eius transeamus, quæ vnicum est pauperum remedium, tristitium solatium, & eorum constantia, qui varia fortunæ tela experiantur. Hæc autem est fiducia de paterna D E I N. providentia, in qua valdè RVTH excelluit, exiens ad spicas colligendas; nec sciens, quò sibi esset eundum; nec vel panis bolum secum habens, quem ori apponeret: solum desiderans, in eiusmodi agrum peruenire, qui ad aliquem patrem familias pertineret, erga se clementem & beneuolum. Sed clementissimus Dominus, qui *voluntatem timentium se, & in ipso sperantium, facit*, eius

defi-

Nicol. Lyra  
Ruth illu-  
stris domi  
mendicat  
foris.

a Leuit. 19.  
12.  
Deut. 22. 19.

In iustitia &  
& Charitas  
seruanda

2. 2. q. 26. n.  
5.

b Mat. 5. 40

Fiducia in  
Deum.

c Pjal. 14. 4

9.  
Dei prouidentia.

d Ruth. 2. 8.

c C. 2. 10.

f Cap. 2. 12.  
g Mat. 23. 37  
h Deut. 32. 11  
Ala Dei.

Dan. 14. 35.

k Tob. 12. 14

l 3. Reg. 17. 6

Deus subito  
honestat  
pauperem.

desiderium respiciens, eam ad eum direxit, quem poterat desiderare, agrum scilicet Booz cuiusdam viri diuitis, potentis, ac pij: cui etiam inspirauit, vt tunc temporis oportunè messorum suos visitaret. qui valdè humaniter tristem est consolatus; recens conuersam confirmauit; humilem honore affecit; ac derelictam protexit, dicens illi: *Annunciata sunt mihi omnia, qua feceris socru tua post mortem viri tui: & quod reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad populum, què antea nesciebas. reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem uenisti, & sub cuius alas confugisti.* Qui tamen Booz non satis sibi esse existimauit, quod illam his verbis esset consolatus; sed aliud solatium maius opere ipso adiecit, iubens illam iungere se puellis suis, & manducare ac bibere ex eis, quæ ille. sed quid RUTH, cum vidit, se ad eum laudari, & humaniter inuitari: non propterea amittit animi sui demissionem, sed auxit eam potius, agnoscens suam indignitatem, & ad pedes ipsius Booz prostrata dixit: *e uide hoc mihi, ut inuenirem gratiã ante oculos tuos, & nosse me dignaberis peregrinã mulierẽ?* ò sancta mulier: si nõ nosti, unde ita repente felix ad eum tibi exitus eueniat: scito, prouenire à prouidentia patris tui celestis, cui sui pauperes curæ sunt: & ex eo quod ipsius amore patriam tuam, domumque paternam deserueris: ex eo item, quod decreueris fideliter ipsi in tua paupertate seruire, tuamque fiduciam in Deo Israel collocaueris, *f sub cuius alas confugisti*, qui eas *g galline* instar expandit, vt te reciperet; & instar *h aquila*, vt te extolleret, ac protegeret. Et qualinã putas esse alas, quibus Deus fouet & exalrat afflictos pauperes? ipsius ala sunt *sapientia*, qua eorum miserias agnoscit; *miseriordia* & *Omnipotentia*, qua vult & potest subsidio illis esse. Ala etiam sunt *DEI Angeli*, & *homines*, quibus tanquam instrumentis utitur, vt suis indigentibus subueniat. Ala fuit *DEI Angelus* ille, qui *Habacuc Prophetã* in vertice eius apprehensum portauit capillo caputis sui, posuitq. in Babylone supra lacum leonum, in quo Daniel detinebatur, similiter fuit ala *DEI k Raphael Angelus*, vt *Tobie* & *Sare* mederetur, conuertendo eorum paupertatem, & ignomiam in magnam tranquillitatem. Peccatores quoque instar *l cornuorum nigri ala* erunt *DEI*, vt *carnem* portent pauperi, *mane & vesperi*: (sicut *Elia cornu* portauit) eamque sibi detrahant ex ore, vt iustus esuriens illam comedat. Ala denique fuit *DEI* ipse Booz, ad subueniendum ipsius *RUTH* necessitati, ita velociter: vt intra paucos dies, diuina prouidentia ita disponente, in coniugem duxerit, suarumque diuitiarum Dominam fecerit: quæ reliquum vitæ in magna prosperitate propterea transegit, quod fuerit in aduersitate fidelis. Cuius exemplo excitaberis meritò, ad constanter Deo seruiendum; & confitendum, quod suis alis te sit in aduersis protecturus, & in prosperis securè exaltaturus.

## CAPVT XI.

DEI CHRISTI QVE PRAESENTIAM  
ac feruentium in messe virtutum exempla plurimum  
adiuuare ad constanter in eisdem pro-  
grediendum.



TILISSIMA alia media docet nos eadem RVTH historia, vt in gratia & sanctitate, quam haec duo Baptismi & Confirmationis Sacramenta conferunt, confirmemur ac perficiamur. Baptismus enim ponit nos in statu *incipientium*, quae significant pauperes, qui spicas de manibus messorum cadentes, sicut RVTH colligunt. Confirmatio vero constituit nos in statu *proficientium*, & contententium, vt perfecti sint: quos significant ipsi menses, qui falce multas plantas simul metunt, quas (vt S. Gregorius expendit) in altera manu retinent. pro cuius explicatione est aduertendum: Christum D. N. cuius sunt spirituales messes veritatum, & virtutum, in quibus perfectio nostra consistit: habere in Ecclesia sua duo haec operatoriū genera, messes illas colligentium. Iusti, qui magis profecerunt, sunt tanquam menses, qui falce suae cognitionis, & affectus ab Spiritu S. illustratione, & inspiratione adiuti metunt magnam messium spiritualium abundantiam: quas sibi ipsis applicant; cordique suo imprimunt, vt eas opere ipso exequantur. Neque enim est aliud sacrorum ac piorum librorum *lectio*, quam messis quaedam veritatum ac virtutum, quae in diuinitatis vel humanitatis Saluatoris nostri mysterijs proponuntur; sculpendo in ipsa anima ea, quae in eis considerauit. & similiter obseruantia legis Euangelicae, eiusque praecceptorū, & consiliorum; & frequentia sanctorum Sacramentorum, est quasi alia spiritualis messis, in qua iusti sibi metunt, meritorum abundantiam, & virtutum augmentum; aliasque plurimas gratias, & caelestia dona sibi colligunt: quae in animae suae horreo reponunt, quibus alantur, & ditescant. Sed quemadmodum menses non eunt ad merendum, nisi à messium Domino ad id vocentur: (quamuis pauperes ad ipsa lege, generalem habeant facultatem, ad *spicas, quas illi dimittunt colligendas*) ita Iusti hanc ad eam copiosam messem non aggrediuntur absque speciali Dei vocatione, eam inspirantis, & ad eam impellentis: Tyrohes vero, & in virtute noui, profunda suae humilitati adherentes, nec se dignos iudicantes, quos Deus tanquam menses vocet, sed tanquam pauperes ad imitationem RVTH, sequentes ordinariam suam vocationem, occupant se in colligendis spicis veritatum, & virtutum, paupertati & exiguitati suae accommo-

Lib 33. Moral. c. 4.

Lectio & executio sunt dua messes.

a. Len. 43. 48



datarum: meditantes scilicet simpliciter peccata sua, pœnasque, quas sunt promeriti, & reliqua, quæ impellere ipsos possunt ad vitia sua & pœsiones mortificandas, donec DEVS D. N. ad perfectiora alia exercitia velit exaltare.

§. 1. *Christi D. N. qua Deus, & qua homo est, presentia.*

*Christus  
qua Deus  
& homo.  
a Cant. 5. 1.*

**V**T messis hæc spiritualis exactior & feruentior sit, plurimum refert memoriæ nostræ præsentia infigere aliquorū sociorum, qui in ea nos adiunct. *Primus* erit Christus Deus & homo, qui venit in mundū, vt messoris officio excellēter fungeretur; suoq; exemplo Iustos adiuuaret: iuxta illud, quod ipsemet dicit in libro Canticorū: *a veni in hortum meum, messori myrrham meam cū aromatibus meis.* Nam à quo tempore incarnatus est in horto concluso virginis sacratissima, natusque in Bethlehemitico tugurio, donec in altero horto fuit captus & sepultus, nunquam destitit metere sibi copiosam myrrham amarissimarum mortificationum, & aromaticas clarissimarum virtutū species: vt fideles, qui in eius Ecclesiæ horto habitant, animentur ad easdem virtutes copiosè metendas, eius vestigijs in omnibus insistentes: siquidem non soli ipsi metunt, sed Christus ipse in illis & cum illis, donis suis eos adiuuans. Ex quo fit, vt secundus huius messis socius esse debeat ipsemet Christus, qua Deus est: qui cum æterno suo Patre & Spiritu Sancto, vbique præsens est, secundum essentiam, præsentiam, & potentiam, aspiciēs quomodo metamus, nosque adiuuans, vt id, sicut oportet, faciamus. & interdum speciale suum studium ostendit veniens ad hortum animarum, vt suis inspirationibus eas adiuuet, dicatque ad cor: *b ecce adsum.* & quoniam dicere DEI, est ipsum facere, non aliud est dicere, ecce adsum; quàm remouere ab eis velum ignorantia, obliuionis, & inaduertentia, quibus laborabant, vt præsentia diuinæ diligenter attendant. Sed quoniam huiusmodi impulsus non semper percipiuntur, plurimum refert, aliquam personam signumve aliquod exterius habere, quo hæc memoria renouetur, vt frequenter simus memores, quod DEVS nos aspiciat.

*Christus  
qua Deus  
b Isai. 5. 8. 9.*

**H**ORVM omnium illustrem quandam effigiem habemus in eo, quod messoribus Booz euenit, in feruore messis existentibus: *c ecce ipse veniebat de Bethlehem, dixitq; messoribus: Dominus vobiscum. qui responderunt ei: benedicat tibi Dominus.* Quis dubitet illos operarios nouum quandam spiritum recipisse visitatione illa, & præsentia sui Domini? sed cum ipse vir Iustus esset, voluit eorum corda ad illustrioris & vtilioris præsentia memoriæ excitare. ac propterea verbis illis in salutatione vsus est: *Dominus vobiscum.* quasi diceret, non solum gaudeatis, quod ego temporalis vester Domi-

*c Ruth. 2. 4.*

nus,

nus, ſim præſens, qui exiguam eſcam paruaque mercedem, qua breuiſſime expenditur, vobis offeram, ſed aduertite potiùs, præſentem eſſe Dominum, qui eminenter eſt dignus hoc nomine: eò quòd cæli terræque ſit Dominus; aſſiſtitque hic tanquam Iudex, vt veſtrum laborem remuneret, puniat verò negligentiam: quem ſi præſentem attenditis; & labor veſter iucundior erit, & præmium maius.

SED paulò altius huius ſpiritum conſiderantibus Booz hic ciuis Bethlehemiticus, d *homo potens & magnarum opum*, refert ( vt gloſſa hic notat) IESVM CHRISTVM D. N. ſummè potentem, & opum maximarum. nam e *omnia dedit ei Pater in manus, & dataq. eſt ei omnis poteſtas in cælo & in terra: fuitq. potens in opere & ſermone: in quo ſunt omnes theſauri ſapientia & ſcientia Dei abſconditi.* & inæſtimabiles gratiæ eius diuitiæ: cui ipſum nomen Booz aptè competit. Significat enim, teſte S. Hieronymo, *in quo eſt fortitudo.* Nam quà DEVS, eſt fortitudo æterni Patris, per quem facit, & conſeruat omnia; quà verò DEVS & homo ad eò forte robuſtumque brachium habuit; vt Dæmonem vinceret, infernum ſpoliaret, mundumque ſibi ſubijceret. Ad hoc enim natus eſt in Bethlehem, ibique promulgatum eſt nomen, quod aſſumpſit IEMANVEL videlicet, *quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.* Nam vt Zacharias prædixit: *k per viscera miſericordiæ Dei N. dignatus eſt viſitare nos ex alto: vt in ſanctitate, & iuſtitia ſeruiamus illi* CORAM IPSO, tanquam qui in eius præſentia, qua Deus eſt verſatur, habetque eius exempla ſibi præſentia, qua idem, qua homo eſt, nobis dedit. Cum his duobus ſocijs incumbes feruenter in hanc virtutù meſſem; alterum aſpiciens tanquam exemplar, à quo diſcas; alterum tanquam auxiliatorem ad eaſdem exercendas. Eſto memor duarum columnarum, quas Iſtauit Salomon in porticu templi, alteram ad manum dexteram, quã vocauit nomine LACHIN, quod ſignificat firmitatem; alteram ad ſiniſtram, quã vocauit Booz. Quod vt diximus, ſignificat fortitudinem: vt intelligas, omnem tuam perfectionem inniti debere, tanquam duabus firmis columnis, fiducia in omnipotentia & bonitate Dei; & meritis fortiſſimi tui Saluatoris Ieſu Chriſti: à quo omnis fortitudo ventura tibi eſt, vt in bonis exercitijs perſeueres.

### §. 2. Feruentium ſocietas.

PRÆTER ſocietatem prædictam, iuuat etiã incipientes, feruentiũ ſocietas, ad aggrediendas & exercendas virtutes. Cuius rei figura fuit, q̄ ſacer textus de RUTH refert, q̄ a colligeret ſpicas poſt terga metentiũ q̄ & approbavit Booz & eidem dixit: *audi ſtitia, ne vadas in alterũ agrũ ad colligendũ, nec recedas ab hoc loco: ſed iungere puellis meis; &, ubi meſuerint, ſequere;* vt intelligatur voluntatem CHRISTI Domini noſtri eſſe, vt noui & incipientes mane-

Dei præſentia.

d Ruth. 2.1.

e Ioan. 13.3.

f Mat. 28.18.

g Luc. 24.19.

h Coloff. 2.3.

de nom. Hebr. & Gloſſ.

hic.

Chriſtus Booz fortis.

i Mat. 1.23.

k Luc. 1.78.

l Reg. 37.21.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

Chriſtus exemplar, Deus auxiliator.

a Ruth. 2.37.

Seniorum  
exempla i-  
mitanda.

Lib. 4. in. 7.  
Reg. in id. c.  
10. 3. cum  
veneris ad  
quercum.  
p. Gen. 30. 37  
lib. 22. Mo-  
ral. c. 21.

c. Ezech. 1. 17.  
hom. 5. ibid.

d. Ezech. 3. 13.  
hom. 10. ibi.  
lib. 24.  
Mor. c. 10.

Vulnera ti-  
moris.

c. Iob 33. 27.

Et amoris.

ant semper in eius Ecclesia agro: vt sequentes antiquorum & perfectorum vestigia, seque eis coniungentes, bonis eorum exemplis excitati & animati, virtutum spicas colligant. Quemadmodum Magnus Antonius initio suae conuersionis, per monasteria discurrebat, monachorum virtutes diligenter attendens: & ab vno modestiam, ab alio humilitatem; ab hoc obedientiam, ab illo charitatē addiscēs: sensim eorū omnium virtutes collegit. Quod S. Greg. quatuor pulchris similitudinibus expressit. Iusti, inquit, debent esse tanquam apes, quae ex diuersis floribus, ab his ad illos volitantes, ceram & mel colligunt. debent enim Iusti ex exemplis, quae in diuersis sanctis elucēt, virtutes addiscere. Et quemadmodum Iacob, cupiens suas oues concipere agnos maculosos, papposuit virgas decorticatas, quae varios facerent colores, vt oues eas aspicerent tempore conceptus; & ita agni prodirent virgis illis similes: ita Christus D. N. posuit in Ecclesia sua multitudinem sanctorum in omnibus statibus, varijs virtutibus exornatorum: vt eius electi in suis actionibus concipiant, & affectus parturiant, & opera ijs similia, quae in talibus exemplis viderunt. Sed opus est, vt propē, exempla illa respiciant, & cum desiderio ea imitandi: Iustorum enim, (vt Ezechiel de mysticis, suis animalibus dixit) *aspectus sunt, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.* Quae licet illustrent etiam eos, qui aliquanto sunt ab ipsis remoti; sed eos, qui ex amore ipsis adherent etiam excalefaciunt, ac feruentiores reddunt. Propterea enim idem Propheta addidit: *cum animalia simul volarent, d. alas eorum percutere alteram ad alteram: ad significandum, (quemadmodum idem S. declarat) quodd cum feruentes simul conteniunt, non solum propriarum virtutum alae sese ita percutiant, vt alia alias prouocent, quemadmodum supra est dictum: sed etiam fociorum virtutes excitent, vt suas actiones feruentius exerceant. O quam vtilia vulnera ex huiusmodi percussione proueniunt! aliquando enim inferunt vulnera timoris, & doloris: videntes enim aliorum feruorem, de sua tepiditate erubescunt, incuriam suam desinent, seseque demittunt: agnoscentes & fatentes quicquid faciunt, esse nihil, iuxta illud, quod quidam Iob amicus dixit: *erespiciet homines, viros scilicet perfectos, qui esse hominis verè expleant: & ex hoc aspectu erubescens dicit: peccati & verè deliqui; & vt eram dignus, non recepi.* Qui enim se cum tepidis comparatum, feruentem existimabat: si cum valde feruentibus compararet, iudicat esse tepidum. Aliquando autem vulnera inferunt amoris & confidentiae. Qui enim celerem aliorum volatum considerant, sancta quadam emulatione accenduntur, vt simili velocitate volent: confidentes, se posse, quod alij possunt: Deumque auxilio & fauore suo ipsis quemadmodum socijs ad futurum.*

H A C

HÆC enim exempla tanquam voces sunt cœlestes, dicentes unicuique, quod S. Augustino dixerunt, ostendendo ei adolescentum & virginum gregem castitatem seruantium: *non poteristu, quod isti & ista?* aut existimas quod hi, & hæc faciunt, id facere viribus proprijs, & non auxilio Dei sui? proijce itaque te in eius vlnas, noli timere: excipiet enim te ille, & adiuuabit. Aggredere itaque & incipe facere, quod hi faciunt: & obtinebis puritatem & sanctitatem, quam isti sunt consecuti.

Ex iisdem exemplis disces resistere tentationibus Dæmonis, mundi, & carnis, ac falsorum amicorum conantium te timidiorem ac trepidiorem in bene propositis reddere: respondebis illis, quod Vrius Dauidi dicenti *Vade in domum tuam, & lava pedes tuos;* respondit: *arca Dei & Israel & Iuda habitant in papilionibus, & Dominus meus Ioab, & serui Domini mei, super firmam terram manent & ego ingrediar domum meam, ut comedam & bibam, & dormiam cum uxore mea: absit à me, ut veni hanc faciam.* O si oculos aperires, & illustriissima exempla aspiceres trium personarum, quæ hic tibi proponuntur tantaque eas animi fortitudine sequeceris, ut nulla tentatio te posset ab eisdem separare! aspice enim imprimis viuum Testamenti arcam, Christum IESUM vigilantem, & pernoctantem in oratione, in montibus, ac desertis: qui postea in monte Caluario, tanquam virga innumeris doloribus ac tormentis excorticata, præluxit admirandis virtutibus ut te ad sui imitationem prouocaret: aspice deinde supremi tui Regis Duces & Capitanos, Apostolos scilicet, Doctores, & Ecclesiæ Prælatos; exercitum deinde Martyrum, Confessorum, & Virginum; & Sanctorum multitudinem, qui præterierunt; eos item, qui nunc in religionibus, & varijs alijs statibus degunt: qui in tabernaculis, & papilionibus habitant, gerentes se tanquam peregrinos, & pugnantes tanquam strenui milites aduersus vitia, magnos tolerantes labores: heroicas exercentes virtutes, in quibus constantissimi perseverarunt: resume tuitaque animum, ut eadem constantiâ ipsos imiteris, erubescens, quod non viuas sicut illi, & resistens ac repellens a re quæcunque conantem te ab ijs, quæ illi faciunt, reuocare. Et quemadmodum Vrius ad eod fuit in suo proposito firmus, ut etiam in ipsâ aula & palatio Regio id facere voluerit. quod eius socij faciebant in campo, ut eosdem abiens sicut præfens imitaretur. Ita debes in virtutis actionibus, & bonorum imitatione ad eod obstinatam constantiam ostendere: ut vbicunque fueris; bona eorum exempla sequaris, tanquam iam ea in tua viscera transmisseris, & quasi tibi naturalia reddideris.

UT autem ipsi maiores sanctum Zelum, quo minores adiuuent; hi verò illos imitantes perficiant, ab omni inuidia liberum habeant: audiant, quod mysticè dixit B o o z suis melloribus *g etiam si R V T H vobis sum*

Lib 8. Confess. c. 11.

2. Reg 11. 10.

Christus  
Arca

Duces &  
exercitus  
Ecclesiæ.

g Ruth. 2. 15

Inuidia ca-  
uenda.

h Phil. 2. 3.  
ic. 1. 6.

k Num. 11.  
28.

Exempla  
iunioribus  
præbenda.

l 2 Reg. 19.  
14.

m Ioan. 13.  
14.

n Cant. 1. 3.

Imitatio  
Christi D.  
suis nosse  
1. Cor. 11. 1.

metere voluerit, ne prohibeatis eam: & de vestris quoque manipulis proiicite: de industria, ut absque rubore colligat. significat enim: si qua anima in ipsis statim initijs vero ac solido feruore accelerauerit, egoque desideria suggesterem ad perfectorum exercitijs ascendendi, nolite prætextu zeli prohibere opus, quod Spiritus diuinus in ea molitur. Nam qui h operatur in eis velle, sciet ac poterit perficere & i qui cepit in eis opus bonum, perficiet usque in diem CHRISTI IESU. Ne sitis sicut Iosue, cum iuuenis esset: qui audiens aliquos in castris prophetantes, inuidiæ quodam spiritu permotus k petiit à Moysè ut eos prohiberet; potius operam dare, ut ipsum Moysen imitemini, qui malum Iosue spiritum correxit, dicens: quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det illis Dominus spiritum suum? Proprium enim est perfectorum, vehementi zelo optare, Dei nomen ab omnibus sanctificari, & glorificari; eumque eadem beneficia vilissimis terræ hominibus conferre, quæ ipsis confert, & multò adhuc maiora, si ipsi omnium largitori ita placebit. Imò vterius adhuc zelus hic progredietur, ut proiciant de industria aliquas spicas, quas alij sine rubore colligant: afferendo scilicet aptas aliquas sententijs, & exemplares aliquas actiones in præsentia debiliū & imperfectorum faciendo: ut eos ad imitationem prouocent. Non enim nouum est, aut inusitatum, quod tyrones verecundia aliqua afficiantur, seseque contrahant in faciendis aliquibus studiosis operibus, quæ antea facere non solebant: timentes, ne ab alijs irideantur, aut Hypocrytæ vocentur dicentibus, l Num Saul inter Prophetas? solent quoque tales pudore quodam affici, si pauperibus seruiant; aut humilia aliqua opera præstent, quæ huius mundi homines parui faciunt: aut contemnunt. Quamobrem solet DEVS D. N. Maioribus inspirare, ut similia opera interdum faciant: quod Minores pudore deposito, ad ea imitanda animentur. Et S. P. N. Ignatius in Constitutionibus commendauit, ut superior alijque grauiore Patres obirent nonnunquam humilia domestica officia, ad exemplum & excitationem fratrum. Eum in modum, quo noster Saluator in nocte Cœnæ suorum Apostolorum pedes lauit: & lotionem finita dixit illis: m si ego Dominus & magister laui pedes vestros, & vos debetis alicui alicuius lauare pedes: exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego vobis feci, ita & vos faciatis. Ex quo apparet, quo spiritu Maiores & Minores præstare debeant quæ dicta sunt. præcipuum enim finem sibi constituere debent imitationem ipsius Christi Domini: quemadmodum expressit Sponsa, cum dixit: n trabe me post te curremus in odorem unguentorum tuorum; quasi diceret: si hoc me beneficio affeceris, ut trahas ad feruenter in tuo seruitio currendum, non ego sola curram; sed cum multis alijs, quos meo exemplo ad concurrendum prouocabo. Qui tamen in hoc stadio non post me current, sed post te: nam

eorum

eorum intentio nõ erit me: sed te imitari; quod si me imitabũtur, id facient eo modo, quo ego te imitor: sequentes meũ exemplum, eò quòd tuo sit cõforme. Nec current solum propter odorẽ vnguentorum meorum; sed quod ipsimet suauissimum percipiant tuorũ, degustãtes interiũs donorũ tuorum suauitatẽ. Non debent iucipientes (ait Gerson, esse sicut catuli, qui videntes canes venaticos currere, sequentes venationis odorem, sequuntur & ipsi illos: sed quia non eundem percipiunt odorẽ, mox subsistunt. Non itaque debent Tyrones, Maiores & perfectos sequi propter id, quod illos vident exteriũs facere; sed propter internam eiusdem facti opinionẽ & astimationẽ: persentientes ac degustantes in spiritu suo, CHRISTI D. eiusque virtutum odorem: ne defatigentur; aut subsistant, priusquam illas assequantur.

Christus in maioribus imitandus.

CAPVT XII.

BONA EXERCITIA NON INANITER INTERRUPTENDA, sed continuanda talemq; in eis consuetudinem esse contrahendam, vt perduret per totam vitam.

IMPONAMVS tandem huic Tractatui finem, adductis quibusdam alijs magni momenti medijs, quæ ipsius RVTH exemplum nobis proponit, vt crescere, firmiterque in ipsa perfectione durare possimus. PRIMVM sit, studiosa ipsa exercitia constantissimẽ continuare: nec sine causa legitima vnquã ea interrumpere. quemadmodum facer ipse Textus de RVTH refert: a mane vsque nunc stat in agro, suas colligens spicas, & ne ad momentum quidem domum reuersa est, vt vel paululum requiesceret. Pro cuius explicatione est aduertendũ: duobus modis posse cõtingere, vt bona opera abrumpantur. Alter est vitiosus & inanis; alter studiosus & prudens. Primus filum abscondit bonæ vitæ, destruitq; charitatem; aut certẽ disponit ad eam extinguendã: Secundus aut adiuuat, vt conseruetur; maioriq; firmitate persistatur in ea. Vitiosa interruptio consistit generaliter in malè operando: aut culpabiliter à bonis desistendo. Peccata enim sunt quædam interruptio virtutum; & otium, quod vtilem bonæ vitæ laborem interrumpit. Quamobrem apud Deum omnes peccatores, etiã occupatissimi, appellantur otiosi, eò quòd tales occupationes ipsi animæ sint inutiles: quã baniam (inxtà mentem Dauidis) in vano censentur accepisse, quãdiu illã non occupant in seruitio creatoris; & in procurando fine, in quem fuit creata. Et in hoc sensu teneris cõtinuè laborare, die ac nocte absq; vlla vel ad momentum vnũ interruptione laboris; siquidem nec vnũ temporis momentum est malè expendendum, admittendo scilicet peccatum aliquod siue com-

a Rutb. 2.7

Interruptio bonorum operum.

I. Vitiosa per Peccatum quod Otium dicitur. b Psal. 25. 4.

missio-

per cessationem a bono.  
c. Prou. 13. 4.

d. Luc. 9. 62.  
Breuis interruptio non parum nocet.

c. Gen. 19. 26.

f. 3. Reg. 13. 8.

Propheta quiescens lapsus est.

Lib. 10. c. 11

missionis siue omissionis. Non debes præterea deuotionum, piarumque consuetudinum filum abscindere ob solam pigritiam, aut otiositatem: sic enim parum in eis proficeres, iuxta illud Salomonis: *c. vult & non vult piger, anima autem operantium impinguabitur.* Nam pigri anima macra est, & infructuosa, breui enim aliquo tempore vult sua bona exercitia, placentque piæ deuotiones; sed mox eadem non vult, & intermittit, tædio quodam affectus. Anima autem continuè laborantium pinguescet: replebiturque celestibus donis, quæ continuatis laboribus comparatur. Stude itaque cum ea pertinacia in colligendis virtutum specieis occupari, quas ipsa *RVTI*: quæ nec ob corporis defatigationem, nec ob solis ardores, aut occupationis difficultatem, laborem suum interruptit: *ita vt nec ad momentum quidem ad suum tugurium se receperit, vt paululum requiesceret: quia non existimauit, id tunc sibi esse necessarium, vt intelligas, culpabilem otiositatem, nec ad momentum quidem esse admittendam.* Sæpè etiam breuis abruptio cõstantiam in bono opere labefactat: imò etiam ipsam perseueranciam in bona vita. Hoc est enim, quod Christus Seruator noster dixit: *d qui mittit manum ad aratrum, & dum arat, respicit retro, non est aptus regno Dei.* illa enim in arando interruptio, superflua, curiosa, & vana, inditium est inconstantia: tandemque veniet in miserum aliquem lapsum. Et aliquando conuerter caput tuum vnus aspectus causâ, qui perficitur in momento; & quâdo vertere illud volueris in partem anteriorem, forte non scies id facere; e & *verteris sicut uxor Loth, in latuam marmoris ob cordis duritiem; & Salis, ad aliorum cautelam.* Quem non reddat cautum valdeque attentum Prophetæ illius infortunium, qui suam obedientiam seruenti aded principio inchoauit, vt miracula ederet; dixit enim Regi ipsum inuitanti ad prandium: *f si dederis mihi mediam partem domus tue, non veniam tecum nec comedam panem: sic enim mihi mandatum est in sermone Domini.* qui tamen eodem die iter suum prosequens, illud interruptit. vt parum requiesceret sub umbra cuiusdam arboris, ea intentione vt paulò pòst illud prosequeretur. sed in ea occasione accessit ad ipsum falsus quidam *Propheta*, qui illum decepit, & persuasit, vt retrocederet, & mandatum Dei transgredereetur. propter quâ causam, cum inde abiisset, *leo in via occidit eum.* O cordis humani imbecillitatem & inconstantiam! quomodo non timeas horreasque tuum lapsum, videns Prophetam hunc mane aded fortem & constantem; in meridie verò tam imbecillum! in primo congressu aded robustum ac firmum; in secundo verò aded prostratum atque abiectum! cuius causa, ea fortè fuit, quod iter suum extra tempus opportunum abruperit; sedendo scilicet, cum ei fuisset progrediendum; & subsistendo, vt requiesceret: quod tunc non erat opus. Nam (vt Cassianus aduertit) *acediæ spiritus, & studioforum ex-*

exercitio-

exercitiorum tedium in meridie magis premit, excitans vehementiorem appetitum comedendi, dormiendi, & quiescendi, & hac ratione viam aperit innumeris & grauissimis alijs. quemadmodum depictum apparet in infelici Isboseth euentu, *g qui dormiebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. Ingressi autem duo latronu duces, assumentes spicas tritici, percusserunt eum inguine & interfecerunt: sublatoq; capite eius, abierunt.* An non ad viuum hic depictum apparet detrimentum & incommodum, quod huiusmodi inanes & intempestiuæ relaxationes afferunt? aliquando enim virtutis opera abrumpis breui aliqua somnolentia, ex pigritia aut imbecillitate humana: quemadmodum ostiaria illa, quæ labore purgandi triticum defatigata, voluit aliquantum dormire: & tunc hostes ingressi auferunt spicas, fructum bonorum tuorum operum. Sed interdum illa interruptio vterius progreditur; & quemadmodum ipse Isboseth posuit se in suo lecto meridie, aded ex instituto, atq; si fuisset in media nocte: Ita tu laxatis habenis, quaris extra tempus, magnâ tuæ salutis incuriâ, quietem & solatia tua: & tunc repente, nec te aduertente, ingrediuntur duo illi latronum duces, duo scil. vehementes deliciarum & vanitatum appetitus, ita Deo permittente, vt in inguine te percutiant, & in libidinis vitium pertrahant; caputq; amputent; & gratiâ vitâ, bonoq; prudentiâ iudicio te spolient: vt remaneas tanquam alter Isboseth, quod teste S. Gregorio, *confusionis filium* significat. satis enim magnum adfert pudorem, tam paruam bonorum, quæ Deus largitus est rationem habuisse; tuâque propria incuria tantam iacturam fecisse.

§. 1. *Bonæ relaxationes.*

**N**E c tamen propter ea, quæ diximus, ad alterum extremum perueniendum est, nõ admittedi bonas exercitiorum spiritualium interruptiones, quæ necessariæ sunt; expeditq; locum eis dare, vt diutius liceat in eis perdurare; & ne, indiscrete agendo abrumpere cogaris prudentem & sanctam eorum, quæ ex obligatione tibi incumbunt, continuationem: quæ durare diu non poterunt, nisi certis quibusdam horis abscindantur: dando locum necessariæ corporis & spiritus quieti: quemadmodum faciebat S. Ioannes Euangelista dicens, quod sicut arcus, si semper sit tensus, mollescit & fragitur: Itanoster animus, si eundem intensiõnis rigorem sine vlla relaxatione retineat, virtuti spiritus, cum necessitas poscit, obsecundare non poterit. Et Christus D. N. dixit S. Brigittæ in simili casu, quod si manus semper esset clausa & compressa, nerui contraherentur, & manus debilitaretur. Ideoq; necesse est, *arcum* aliquo breui tempore relaxari, & *manus* pugnum aperiri, & spiritus rigorem cessare: ne præ tadio, aut imbecillis carnis debilitatione frangatur. Quamobrem S. Ambrosius solebat dicere: quod velis prolixè fa-

*Meridies  
tentationi  
exposita.  
g 2. Reg. 4.5*

*Interruptio  
qua ex pro-  
fesso fit, no-  
xia est.*

*Lib. 1. Mo-  
ral. c. 15.*

*Cassia. Col-  
la. 24 c. 20  
& 21.  
Refert Blo-  
sius in Mo-  
nili spiritu,  
c. 10.*



2.2.q.168.  
a.2.

Tedium ti  
nos virtutis

a. Rub. 2.14

Temperan-  
tia.  
Eutrapiia.  
2. q. 163.  
a. 2.

lib. 1. offic.  
6. 0.

Concentus  
bonorum o-  
perum.

cere, aliquando ne feceris. hac enim interruptione (quam S. Thomas dicit esse corpori & spiritui necessariam) vtrumq; vires recuperare, ad progrediendum sine tædio.

BONA hæc & utilis bonorum operum relaxatio dupliciter fieri potest: *Primum* variatis ac mutatis iisdem bonis operibus, iuxta eiusdem S. Ambrosij dictū. vt mutatio, inquit laboris, sint induciæ quietis: quia noua occupatio & labor hæc laudabili vicissitudine, aufert prioris tædiū: quod est *inimicus virtutis*. Ita faciendū esse docuit Angelus Magnus Antonium, cōstituens se coram eo aliquo spatio tēporis orando, & alio sportas texedo. sic enim ait acedia vinces, & in feruore spiritus sine tædio perseuerabis. *Deinde* ordinarie versus meridiem, quando & studiosus officij & reliquorum spiritualium exercitiorum labor præcessit, necesse est illa interrompere, accipiendō refectionem & quietem, ad eundem iterum resumendū necessariam. quæ admodū ipsa RYTH faciebat. cui in colligendis spicis defatigatæ. dixit Booz: *a quando hora vespendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellā tuā in aceto*. Cum itaq; voluntas D. N. fuerit, vt leuamen hoc & requiem corpori nostro demus: certum erit ipsammet relaxationē simul esse ipsius virtutis cōtinuationem: modò fiat sicut oportet. Sunt autē duæ virtutes ad nos in ea re dirigendos destinatæ: prior est *temperantia*: quæ docet, studiosè comedere ad quod etiā iuuerit, *intingere*, iuxta Booz consiliū buccellam in aceto: miscendo scilicet in ipsa refectione memoriam fellis, & aceti nostri seruatoris: cuius amaritudines nostros excessus temperabunt. posterior virtus est, quam *Eutrapiam* vocant: cuius munus est, teste S. Thoma, moderatè accipere corporis recreationē, quæ necessaria est ad non deficiendum in operibus virtutis: attendendo, ne eodē medio, quo vtimur ad perseuerandum in virtute, eius filū abscindamus. Quod insinuauit S. Ambrosius. dicens: curandum est, cum relaxare animam volumus, ne soluamus omnem harmoniam, & quasi concentum bonorū operum. debent enim hæc opera instar esse musicæ multarum vocum bene concordium. Qui concentus, vt sit constans, multum referet, si omnes diei occupationes eo ordine distribuatur, vt præcipuis, hora conueniens assignetur: qua adueniente, statim designatū opus inchoetur. quemadmodum Booz messores constitutam habebant horā ad messē veniendi, & ad sumendum cibum, & quietem in meridie: & ad cessandum ab opere circa vesperum. qui cōstitutis horis diligenter laborabant: quibus præerat vnus præfectus, attendens, vt omnia ordine & constituto tempore fierent. quibus & ipsa RYTH sese accommodabat, laborans; quando illi laborabant; & quiescens, quando quiescebāt. Hunc ergo in modum constituenda tibi est hora è lecto surgendi; sacrum Missæ audiendi, deuotiones tuas peragendi, orandi, meditandi, & conscientie exam-

men instituendi: horæ quoq; in officio tuo, in somno, in cibo sumendo, & requie corporis insumenda, assignans, vt ait S. Bernard. partem tēporis rebus spiritualibus, & partē corporalibus: ita vt corpus spiritui reddat, q; illi debet; & vicissim spiritus reddat, quod debet corpori: & vtrumq; Deo & proximo, quod illis debet. Et ne quid horum designato tempore desit, expedit præfectum aliquem vigilantem, sollicitum, valdeque Zelosum habere, hic autem erit ipsa conscientia tua, adhibita virtute prudentia, tuæque virtutis zelo. Tibi enim super te ipsum vigilandum est; & attendendum, qua ratione expleas quod debes: exigendaque singulis horis ratio, quomodo præstiteris, quæ in illa præstanda erant.

§. 2. *Landabilem consuetudinem in bonis exercitijs esse faciendam.*

**C**ONTINUATIO prædicta in bonis exercitijs, causa est faciendi in ipsa eadem bonā consuetudinē: quæ, quoniā in progressu conuertitur in naturā; efficit suauē & facilem vsq; ad finē vitæ perseuerantiā. quemamodum facer Textus refert de nostra RUTH: q; cum comedisset cōstituta hora, non somno aut otiosa confabulationi se dederit; sed mox a surrexerit, vt spicas ex more colligeret. vt intelligam, finē refectionis ac relaxatiōis, quibus bona exercitia remittuntur, eum esse debere, vt illa cū pristino feruore resūmantur: siue vt cōsuetudo bona cōtineatur, siue vt obtineatur. Sed, ne aliq; loc<sup>o</sup> hic errori detur, obseruādum est non idē esse consuetudinē acquirere in bonis operib<sup>9</sup>, & eadem ex consuetudine sola præstare. Primum. n. horum est laudandū; secundum, vituperandū. Id quod intelligitur ex triplici modo bonam consuetudinē habendi. *Primus* est naturalis, eō quod ab ipsa natura homo habeat propensionem ad misericordiā, mansuetudinē, temperantiā aut alias virtutes: quemadmodum etiā alij à natura ipsa, ob suam complexionē propendēt ad materias aliquorum vitiorū. *Secundus* est politicus, ex bona educatione ab ipsa infantia proueniens: qui multum confert ad perseuerandum in virtutis actionibus quod enim in ea ætate addiscitur, diuturnioris est durationis: sicut supra est dictum. *Tertius* est modus studiosæ ac spiritualis consuetudinis, quæ innititur opinioni, & æstimationi ipsiusmet virtutis; & obtinetur exercitatione actū perfectē studiosorum. Dux priores consuetudines ex se quidem sunt bonæ; bonumq; tertiæ fundamentum: sed qui in illis solis sisteret, non haberet perfectam virtutē. Natura. n. bene propensa, est instar corporis Adami antequam DEVS in faciem eius. *inspiraret spiraculum vitæ*: quod quidē pulchrum, aptumq; erat ad recipiendum spiritum: quem tamen nisi recepisset, nec fuisset homo, nec hominis opera facere potuisset. Ita bona hæc natura aptissima est ad virtutis spiritum recipiendum; quod si secundum suam tantum propensionem operetur, nō illā animans cognitione & æstimatione virtutis, nunquam viuam & perfectam virtutem sibi comparabit. His & illi sunt similes, qui postquam studiosam

*Ad fratres  
de monte  
Dei.  
Distributio  
temporis.*

*a Ruth. 2. 15.*

*1.*

*Triples con-  
suetudo.*

*b Genes 2. 7.*

Ose. 10. 11.

Sic feruens  
consuetudo.

3 Psal. 32. 3.

Act. intus  
equipollet  
multis.Sanctorum  
actus hero-  
ici.

consuetudinem obtinuerunt, sensim in tepefcunt, & ab antiqua consue-  
tudine ducti operantur sine spiritu; nec attendentes quid faciāt; præcipue si  
commoditatem aliquam, honorem, aut lucrum habeant ex suis operibus.  
quemadmodum Oseas Propheta dixit de *Ephraim*, quod esset *uisuli docta*  
*diligere trituram*, quæ etsi libera relinquatur, vt quiescat; consuetudine ta-  
men ducta, ad tribulum redit & ipsa tritura oblectatur; vt comedat, sed nõ  
iã sponte & lubes ad aratrum, atq; ad tribulum accederet: quia, dum arat,  
non comedit, sicut dum triturat. Ita inquam, qui ex antiqua consuetudine  
insistunt operibus virtutis, non cum spiritu, sed ob aliquod particulare cõ-  
modum: vbi illud deficit, aut cessat; facile opera illa dimittunt. Ita ergõ  
oportet te consuetudinem facere in bonis operibus, vt eo spiritu & feruore  
quotidie ea facias, quo cõpisti, d *cantans Domino* ( vt ait Dauid, *canticum*  
*nouum*. Nouum inquam in feruore, etsi tempore sit antiquum. Quemad-  
modum beati semper diligunt & obediunt Deo tanta animi voluptate post  
mille annos, atque primo die, quo ingressi sunt in cœlestem gloriam. Et  
quemadmodum qui fortis sunt, & sanæ corporis constitutionis, etsi cõsue-  
tudinem habeant quotidie comedendi, & bibedi: semper tamen cum gu-  
stu & delectatione comedunt, ac bibunt: quia fame & siti laborant. Ita, qui  
esuriunt & sitiunt iustitiam, quotidie eam cum nouo gustu & oblectatio-  
ne exercent: coniungentes *feruorem Tyronum* ob nouitatem, cum *Per-  
fectorum consuetudine* ob antiquitatem.

S E D ne silentio prætereamus mysterium latens in verbo illo sacri Tex-  
tus, quod dicitur surrexisse Ruth, postquam comedisset, vt spicas ex M O R E  
colligeret: cum tamen non nisi illo mane officiam illud ad horam vsque  
prandij exercuisset. An solus vnus actus sufficit generare habitum? & solius  
vnius diei labore acquiritur consuetudo? sed cum nullum Scripturæ sa-  
cræ verbum casu aliquo, sed magno spiritu exprimatur: qui in hoc verbo cõ-  
tinetur, est, docere & manifestare feruentiũ in diuino seruitio felicitatem:  
qui vel vno die plus proficiunt, & lucrantur, quàm trepidi in vno anno. Ve-  
rum quidem est, habitus cõmuniter non, nisi multiplicatis actibus, genera-  
ri; sed & illud est certum: vnum actum intensum præstare mille remissis;  
& consuetudinẽ, quam tepidus ob remissionem suorũ actũ in multis die-  
bus non consequitur; fructem cõsequi vno die, ob actũ suorum intensio-  
nem. Et, si legamus attentẽ vitas & gesta Sanctorum, inueniemus, vel vnũ  
solum actum valde feruentem multos eorum ex magna miseria eduxisse; &  
illustribus ac excellẽtib; facinoribus initium dedisse. *S. Martinus* incepit  
diuidendo pallium, quo tegebatur, vt pauperis cuiusdam nuditatem tege-  
ret; *S. Nicolaus* grandi quadam eleemolyna oblata, qua tres Virgines, quæ  
de Castitate periclitabantur, in Matrimonio collocarentur; *S. Benedictus*  
proiciendo se nudum, & vertendo inter spinas, vt libidinis tentationes

vinceret; S. Franciscus leprosi cuiusdam victra excolulando; S. Thomas Aquinas vno heroico castitatis actu obtinuit, vt in ea virtute confirmaretur. Hi & multi alij Sancti heroico opere vincentes carnis suae repugnantias, cōsecuti sunt consuetudinem, se ipsos in multis alijs rebus superandi: remunerante Deo actum illum copiosa gratia sua, quae virtutum vsus & exercitationem ita facilem reddebat, atq; si longā in eis exercendis consuetudinem haberent. Et ipsa experientia docet: quando aliquis vehementi & efficaci vocatione à Deo vocatur ad vitae suae prauae mutationem, aut ad Religionis ingressum: eum primis diebus facillimè praestare quaecumq; pia exercitia, ob gratiae, qua fuit praeuentus, abundantiam: Quod si in eisdem cum eodē feruore pergat, comparat sibi consuetudinem, cum qua suauiter perseueret.

SED quoniam in hoc etiam genere excessus aliquis esse potest, perpendenda est ipsius RUTH modestia, & circumspectio: quae, etsi e Booz, praecepisset pueris suis: etiam si illa cum ipsis matere vellet, ne eam prohiberet, illa tamē noluit eo die tali gratia & fauore vti, donec ipsa NOEMI id, vt faceret, iuberet: sed spicas sicut antea colligebat, vt ex hoc discas, qua humilitate deceat te continuare, & consuetudinem facere in exercitijs tuo Tyronis statui accommodatis: non te altioribus ingerendo, dum ipse Dominus, qui te vocauit, ad illa non vocat; nec spirituales Patres id suadent. Non enim tutum esse ait S. Bernardus, ab vno extremo ad alterum repente transilire. Nam volenti repente ad supremum fastigium conscendere eueniet, vt neq; ad illud perueniat; & locum interim amittat, quem tenebat: & ita vtroque fraudetur. Nec minus necessarium est, ad constantiam & firmitatem in virtute tenendam, nimis praeproperum gressum frānare; quā nimis tardum extimulare. qui enim medium prudenter tenet, citius ac securius ad sui itineris terminum peruenit.

§. 3 *Lustranda & examinanda esse opera nostra ad finem diei.*

IMPONAMVS tandem finem, proposito vltimo medio, quod nos RUTH feruens edocuit, de qua Textus sacer habet: quod a spicas colligerit in agro vsq; ad vesperam: & qua collegerat, virga cadens & excutiens inuenerit border vres molitor: quos portans, reuersa e in domum suam. Quid autē aliud hoc sibi vult, quā te monere cōstantiae in bonis tuis exercitijs, vsq; ad finem diei, totius scilicet vitae, tenendae. instituendo semper vesperi de eis examen: certò tibi perit adens, quantumuis sollicitus ac diligens sis in bonis actionibus, te nō semper collecturum ita purum semetipsum: nec ipsa opera facturi m aded ab omni puluere expurgata, vt opus non sit, ad vespereum eadem iterum excutere, ac diligentius lustrare. Primum, an ipsa opera vacua fuerint, & inania: ita vt speciem tantum virtutis habuerint: an plena fuerint veris granis, & solida sinceritate: Ne fortè tempore rationis reddendae eueniat tibi, quod infelicibus

3-

Summa tyronibus cauenda.

Serm. 3. in Cant.

Festina lente.

a Rut. 2. 17

2. *Iud.* 12. 6.  
Glossa *ibid.*  
opera no-  
stra sint  
plena.

c. *Apoc.* 3. 2.

2.

Palea defe-  
ctuum ex-  
urenda.

Tres modi  
bonorum o-  
perum.

3.  
Bona opera  
Christo cre-  
denda.

d. *2. Tim.* 1.

12.

c. *Phil.* 3. 13.

f. *Luc.* 6. 38.

f. *Luc.* 6. 38.

illis Ephraem cupientibus transire Iordanem: qui cum interrogarentur a Galaditis nunquid Ephraem essent; & negantes se esse, interrogabantur probationis causa, ut proferrent verbum b *Scibboleth*, quod interpretatur spica grana plena: qui, cum non possent respondere, nisi *Sibboleth*, quod spica sola sine culmum vacuum & inanem significat, hoc signo agnoscebantur esse ex hostis exercitu, ideoque statim apprehensi iugulabantur in ipso Iordanis transitu, ut intelligas, te in ipso transitu ex hac in alteram vitam seuerè examinandum: quod si opera tua inania erunt, & vera virtute vacua; tanquam hostis Christi punieris, ed quod c *non inuenierit opera tua plena coram Deo*, Cum quibus transitus patet sine impedimento ad caelum.

SED quoniam spicae ordinariè etiam plena sint grana, aliquid habent de palea admixtum, quod non est nisi igni aptum; & cum bonis operibus aliqua circumstantia ac defectus coniungitur: necesse est preciosam a vili, & quod bonum est a malo separare: cadendo & excutiendo te ipsum; & ob illud malum, poenā aliquam malo ipsi proportionatā subeundo; paleā verò ipsam per poenitentiam reijciendo, ignique amabilis contritionis eā comburendo: ut in anima tua, grana ipsa tantum bonorum operum remaneant: gratias Deo agēs, quod auxiliū dederit ad ea colligenda. Par verò esset, te aded esse feruentem, ut ex bonis exercitijs bene purificatis, quotidie colligeres sicut *RUTH* trium modiorum mensurā, quos ait hic glossa, esse sanctitatis *meditationem*, locutionis *veritatem*, & *syncretitatem* bonae operationis factae simpliciter propter Deum. ita ut inuenias, te expendisse totū diē in sanctis meditationibus, vtilibus colloquijs, purisq; cū bona intentione operibus. Quod ipsum Materia erit tuae examinationis, qua videas an tres istos modios bene repleueris.

QVOD si tanto beneficio te Deus affecerit, ut hos modios repleueris: superest, ut humeris tuis illos imponens, portes sicut *RUTH* in domum tuam, & in loco tuto, conscientia se. tua, occultè colloces: ne inanis gloriae vermis eos rodat, aut inferni latrones deprædentur, & astu fraudeque corrumpat. Sed quoniam tuae conscientiae custodia debilissima est, expedit omnia haec opera in communi eorum repositoio recondere, Christo sc. D. N. de quo dixit Apostolus: *d scio cui credidi, & certus sum, quia potens est, depositum meum seruare in meum vltimum Iudicii diem.* Committè itaq; omnia tua bona opera paternae Saluatoris tui prouidentiae, ut hoc depositū ille custodiat: *e qua retro sum* (ut idem Apostolus ait) & prae terita *obliviscere, ad ea vero, qua sum ante, ipsum extendens*: stude in virtutibus proficere, donec ad *brauium peruenias, superne vocationis*, portum scilicet aeternae gloriae, *fvbi menseram bonā & confertam & coagitatam & supereffluentem accipies*, cum tribus gloriae dotibus in aeternum, Amen.

*Secundi Tractatus finis.*

TRA-